



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786


Liber XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XVI.



LIBERIUS, PAPA.
JOVIANUS, IMPERATOR.

§. I.

*Joviani obitus. Valentinianus, &
Valens Imperatores.*

Jovianus, haud diu Antiochiæ mora-
tus, sub finem anni 363. summa
hieme profectionem suscepit, Con-
stantinopolim iturus. Per urbem Tar-
sensem transiens Mausolæum Juliani de-
corari jussit. Prima die anni 364. cum
esset Ancyræ, unacum filio Varroniano
adhuc infante ornamenta Consularia as-
sumpsit. Tandem Jovianus ubi Dadafta-
nen in Galatiæ, & Bithyniæ finibus per-
venit,

Sæculum IV.
A. C. 364.
Am. XXV.
c. ult.

N 5

Sæculum IV.
A. C. 364.
venit, nocte, qua dies decima sexta Fe-
bruarii decimæ septimæ jungitur, inven-
tus est mortuus; vapore carbonum, quo
ad eum calefaciendum, murique humi-
ditatem exsiccandam in cubiculum intro-
lerant, suffocatum crediderunt; nonnulli
ciborum etiam indigestionem suspicari
sunt, nam pro corporis magnitudine co-
medebat, atque a vino non satis tempo-
rabat. Obiit anno ætatis 33. cum non
octo menses integros regnasset; corpus
ejus Constantinopolim delatum, ut cum
Imperatoribus deponeretur.

Socr. III.
c. ult.

Am. XXVI.
c. I.

Ubi exercitus Nicæam pervenit Bla-
thyniæ Metropolim, una omnium voce
Imperator eligitur Valentinianus, secun-
dæ Scutariorum cohortis, quæ Ancyra
remanserat, Dux. Decem dierum inter-
regnum fuit, donec ipse advenisset, & pu-
blice Purpuram induisset, quod 26. Febr.

Vitor. epit.

factum. Valentinianus natus erat Cibala
in Pannonia mediocri genere; at Pater
ejus Gratianus per omnes Militiæ gradus
ad Prætorio-Præfecti Dignitatem asce-
derat. Valentinianus filius magna erat
animi constantia, sagaci ingenio, amoenus

Sup. I. XV.
s. 9.

vultu, & sermone eleganti; hunc Juliane
nus, ut diximus, relegaverat, quod pro
audacia Christianum se confessus esse
dum Idolorum Ministrum aqua lustrali
aspergentem grandi ictu repulit. Ipse
electionis die militibus, ut sibi Collegam

in Imperio deligeret, suadentibus, re-
 spondit: *in vestra erat potestate me Im-*
peratorem facere, jam vero cum Impera-
tor sim, meum est judicare, quid Bono pu-
blico expediat. Verumtamen periculum
 Imperii, quod Barbari undique infesta-
 bant, coegit, ut ad nominandum Collegam
 animum adjiceret; dum hac de re delibe-
 rat, Dagalaifa, equitatus Dux, ait: *si tuos*
amas, fratrem babes, si vero Rempublicam,
alium elige! nihilominus fratrem suum
 Valentem elegit, eumque, ubi Constam-
 tinopolim pervenit, Imperatorem pro-
 nuntiavit, uno mense postquam ipse so-
 lium conscenderat, quinto Calendas Apri-
 lis, id est, vigesima octava Martii. Va-
 lens juxta fratrem Christianus erat, sed
 necdum baptismo ablutus. Tunc Impe-
 rium, Duces militum, & exercitus inter
 se partiti sunt, principalis tamen Aucto-
 ritas in Valentiniano erat, qui sibi reti-
 nuit Occidentem, cujus partes Barbari
 ferociter invadebant; Oriens Valenti
 cessit. Hyeme Constantinopoli consum-
 pta, ambo in Pannoniam usque Sirmium
 progressi, mutuo valedixerunt, & Valen-
 tinianus Mediolanum contendit, Valens
 Constantinopolim rediit.

Jam anno isto, qui Joviani, & Varro-
 niani Consulatu notatur, aliquas leges
 Christianis faventes Imperatores edide-
 runt. Edictum, quo juvenus instrui a
 Valentinia-
 nus & Va-
 quo-
 lens.

Sæculum IV.
A. C. 364.Theod. IV.
hist. c. 5.Soz. VI.
c. 6.Am. XXVI.
c. 4.Theod. IV.
c. 12.Am. XXVI.
c. 5.

Sæculum IV. quocumque vetabatur, revocarunt, ut
A. C. 364.

L. 6. de Med. Et Prof. C. Th. l. XIII. Lib. 7. C. Theod. de malef. l. IX. 9. Zosim. l. 4. p. 735. 736. set idoneus, pueros informaret. Sa-
crificia nocturna, & cæremonias Mag-
cas prohibuere. Cum tamen Præter-
tus, Proconsul Græciæ, fervidus Idolo-
rum cultor, scripsisset, intolerabile Gen-
tilibus onus fore, si Majorum suorum mo-
res sequi non liceret, permissum est, ut
sequerentur, sed nihil novæ superstitionis
addiderent; quippe in hoc præcipue
istæ leges intendebant, ut infanda huma-
ni cruoris sacrificia, & barbaræ Magi-
crudelitas cessarent. Imo Regnandi præ-
cipio Imperatores indulserunt, ut quam-
vis unusquisque Religionem profiteretur, in
ea libere viveret, & quia Christiani, iam
Sacrorum libertatem assecuti, optabant
ut sibi Gentilium templa evertere lice-
ret, ne id fieri posset, Imperatores an-
nuerunt, ut custodes apponerentur, dum-
modo ipsi Christiani id muneris perage-
re non cogerentur. Hæc dispiciuntur in
Rescripto anni 365. dato ad Symmachum
Romæ Præfectum, & Gentilem. Quam-
vis omnes Leges illorum temporum de
more utriusque Imperatoris Nomina præ-
ferant, illæ tamen, quæ in Occidente
latae sunt, soli Valentiniano sunt tribuen-
dæ; itaque illius Legis, datæ ad Viven-
tium, Galliarum Præfectum, Auctor est
Valentinianus, qua præcipitur, ut Virgi-
nitate

L. 9. ibid. de Malef.

Lib. 4. Cod. Theod. de Censu. Lib. XIII.

nit-
qu-
fac-
tra-
fint-
que-
fim-
Min-
leg-
ca-
fit,
rire-
tur-
læsa
inte-
esse
ne,
Th-
Im-
pe-
Tu-
er-
pr-
tiu-
se-
Im-
H-
so-
nitatem

nitatem perpetuam servantes, & viduæ, Sæculum IV. A. C. 364.
 quarum ætas, & matura prudentia spem
 facit, ad secundum matrimonium non
 transiuras, a censu personali exemptæ
 sint; eodem privilegio gaudeant utrius-
 que sexus pupilli usque ad annum vige-
 simum, & sœminæ usque dum nubant.
 Ministris forensibus Valentinianus alia L. I. de exec. l. VIII. l. 10. de exat. lib. XI. C. Theo. l. 3. l. 4. C. Th. de Indulg. l. IX. l. I. C. Theod. de pæn.
 lege prohibuit, ne quidquam die Domini-
 ca adversus Christianos moverent. Jus-
 sit, ut propter festi Paschalis lætitiã ape-
 rirentur carceres, & captivi emitteren-
 tur, illis tamen exceptis, qui sacrilegii,
 læsæ Majestatis, & scelerum atrocium,
 inter quæ adulterium computabatur, rei
 essent. Illam quoque legem abrogavit,
 ne, qui propter delicta damnati essent, in
 Theatris digladiari cogerentur.

§. II.

Colloquia S. Hilarii cum Auxentio.

Imperator Valentinianus Mediolani mo- Gothof. Chr. rabatur prima die Junii anno 364, & Cod. Theod.
 per maximam partem anni sequentis 365.
 Tunc temporis S. Hilarius quoque ibi
 erat, & unacum S. Eusebio Vercellensi
 pro Religione Catholica adversus Auxen-
 tium Episcopum Arianum Mediolanen-
 sem acerrime pugnabat; prior Auxentius
 Imperatoris animum occupavit, dicens,
 Hilarium, & Eusebium viros esse seditio-
 sos, & calumniatores, qui se Arianum
 esse

Sæculum IV.
A. C. 364. esse comminiscerentur, cum aliud nihil
quam purissimam fidem Catholicam de-
ceret. Imperator pacis stabiliendæ stu-
dio edictum publicavit, quo districtè pro-
hibebat, ne quis Ecclesiam Mediolanen-
sem turbaret. Huic Decreto S. Hilarius
totis viribus se opposuit, & ignarum Im-
peratorem docuit, Auxentium, hominem
esse blasphemum, & Jesu Christi inimicum,
cujus fides longe alia esset, quam
pius Imperator crederet; Valentinianus
tanta admonitione commotus, jussit, ut
ipsi tres cum aliis Episcopis, ita ut omni-
no decem essent, collocuturi convenirent,
Exactore & officiorum Magistro præsen-
tibus. Primo aditu Auxentius argu-
titiis rei seriæ moras injicere tentabat,
partem adversam recusando, ac si in ju-
dicio sæculari stetisset; dicebat, Hilarium
Sup. l. XII. audiri non posse, ut Episcopum, cum
S. 42. Saturnino in Concilio Biterrensi esset con-
demnatus; hanc insimulationem S. Hila-
rius facile diluit; hinc assessores præce-
perunt, ommissis exceptionibus, de fidei
quæstione, quod Imperator jussisset, esse
tractandum. Cum deinde Auxentius ad-
modum premeretur, & agnosceret, quan-
tum periclitaretur, si fidem Catholicam
negaret, credere se pronuntiavit, Jesum
Christum esse verum Deum, ejusdem Di-
vinitatis, & ejusdem cum Patre substan-
tiæ. Ne igitur, quæ Auxentius dixerat,
audiens

audientium memoriæ elaberentur, ita Scæculum IV.
 tim S. Hilarius per Exactorem Imperato- A. C. 364.
 ri libellum tradidit, quo Doctrina, in
 quam omnes consensissent, contineba-
 tur; omnibus videbatur necessarium, ut
 Auxentius confessionem, quam ore pro-
 tulerat, etiam scripto publico confirma-
 ret; scribere ergo coactus est, sed cum
 de modo diu apud se deliberasset, Impe-
 ratoris bonitati illudit, edita fidei formula
 in hæc verba: *Felicissimis, & gloriosissi- ap. Hilar. p.
 mis Imperatoribus Valentiniano, & Va- 1270. Nov.
 lenti Augustis Auxentius Episcopus Eccle- edit. 1693.
 siæ Catholicæ Mediolanensis. Ego quidem
 existimo, Piiissimi Imperatores! pacem a
 sexcentis Episcopis post tot labores redu-
 ctam, contumacia paucorum privatorum,
 qui ante annos decem, ut ex actis proba-
 tur, damnati sunt, turbari non oportere.
 Sunt autem isti privati, & damnati S. Hi-
 larius, & S. Eusebius Vercellensis ab Aria-
 norum factione anno 355. rejecti, & pro-
 scripti; & tot Episcoporum unio est Con-
 ciliū Ariminense. Prosequitur Auxen-
 tius: *nunquam Arium novi, nunquam
 eum oculis meis conspexi, quæ ejus Doctri-
 na sit, nescio, sed ab infantia credidi, si-
 cut instructus fui, & ex SS. Scripturis
 didici, credidi inquam: & credo in unum
 verum Deum, Patrem omnipotentem, in-
 visibilem, impassibilem, immortalem, & in
 Filium ejus Dominum nostrum Jesum
 Chri-**

Sup. l. XIII.
 §. 18.

Sæculum IV. *Christum, natum ex Patre ante omnia
 A. C. 364. secula, & ante omne initium, Deum, ve-
rum Filium veri Dei Patris, sicut scri-
ptum est in Evangelio. Tum prosequi-
tur ea, quæ ad incarnationem, & Spiritum S. spectant, & subjungit: nunquam
prædicavi duos Deos; nam non dantur
duo Patres, ut vocentur duo Dii, neque
duo Filii, sed unicus Filius ex unico Pa-
tre, Deus de Deo sicut scriptum est. Unus
 1. Cor. 8, 6. *est Deus Pater, a quo sunt omnia, & unus*
Dominus Iesus Christus, per quem sunt
omnia. Episcopi Catholici semper in Con-
ciliis, præsertim Ariminensi, omnes hære-
ses condemnarunt. Atque ut veritatem
eorum, quæ gesta sunt, clarius perspiciatis,
acta ad vos transmissi, & peto, ut ea præ-
legi jubeatis, ex his cognoscetis eos, qui
jam a longo tempore depositi sunt (nempe
Hilarius, & Eusebius) divisiones in Eccle-
sia alere omni conatu adlaborant; non
ignoratis, fidei Catholicæ expositionem,
quæ semel secundum SS. Scripturas bona
*est, non esse retractandam.**

§. III.

S. Hilarii scripta contra Auxen-
tium.

Hilar. n. 10. *Postquam Auxentius hoc scriptum edi-*
dit, in vulgus ex composito sparserunt,
ipsum in eo confessum fuisse, Iesum Chri-
stum esse verum Deum, ejusdem Divinita-
tis,

tis, & ejusdem cum Patre substantiæ, eum-
que ab expositione fidei, quam S. Hilarius
profiteretur, non discedere; itaque Impe-
rator, cum crederet, Auxentium vere esse
Catholicum, ejus communionem ample-
xus est; at S. Hilarius nihilominus affir-
mare non cessabat, fidem tantum simula-
ri, re ipsa autem destrui, atque homines,
Deumque irrideri. Tunc eum Impera-
tor Valentinianus Mediolano abscedere
jussit; ipse obediit, sed cum alia verita-
tis defendendæ via sibi esset occlusa, ne
hanc omnino deserere videretur, Scri-
ptum, ad omnes Episcopos, & omnes po-
pulos Catholicos directum, edidit, quo
Auxentii fraudes omnium oculis expo-
nit. In exordio omnes hortatur, ne
quis vanæ pacis nomine imponi sibi pa-
tiatur, non enim Ecclesiam tam infirmo
niti fundamento, ut eam humano auxi-
lio fulciri necesse sit. Quod explicat in
hunc modum:

in Aux. n. 3.

*Quis ad temporum nostrorum mise-
riam, & errorem non ingemiscat, quibus
ope hominum Deus indigere, & ad defen-
dendam Ecclesiam Jesu Christi Potestate
hujus sæculi opus esse creditur! quæso vos!
qui vos Episcopos esse putatis! edicite, qui-
bus auxiliis ad prædicandum Evangelium
Apostoli usi fuerint? quibus hujus Mundi
Principibus adjuvantibus Jesum Chri-
stum annuntiarunt? & universas prope
Hist. Eccles. Tom. IV. O Na-*

Sæculum IV. Nationes a Dæmonum cultu ad adorandum

A. C. 364. verum Deum pertraxerunt? an forte et

Proceribus quemquam sollicitabant, quan-

do in carcere, in vinculis, virgarum ple-

gis laniati, Dei laudes canebant? an for-

25.

te S. Paulus impetratis Imperatoris edi-

ctis Jesu Christi Ecclesiam formabat,

quando ipse in Theatro populi spectaculum

factus est? aut nempe Neronis, Vespasiani

vel Decii cujusquam potentia fulciebatur,

qui Ecclesiam persequendo, ejusdem nascentis

claritatem reddidere illustriorem?

quando labore manuum suarum nutriebatur,

quando secreto in superioribus domo-

rum cubiculis conveniebant, quando oppi-

da, urbesque, & ferme omnes orbis terra-

rum Gentes terra, marique obibant, Se-

natu mandatis, & Edictis Principum ad-

versantibus, tunc credo, Regni Cælorum

claves non possidebant? imo an non potius

Dei potentia de hominum odio triumphavit,

dum quo majori contentione Jesum

Christum prædicare vetabant, eo magis

prædicabatur? hodie vero Eheu! quæ vi-

vinus tempora! fides Divina ab humano

Patrocinio pretium accipit, dumque No-

mini Jesu Christi auctoritas aliena pavore

S. Hilarius. tur, quid est aliud, ac hominibus velle per-

suadere, eam esse bujus sanctissimi Nominis

infirmi- tatem, ut propria potentia stabiliri

non possit? Ecclesia hodie carceres minui-

tur, & exilium, & fidem vi invehere nititur

tur, & illa nempe Ecclesia, quæ exilia, & Sæculum IV. A. C. 364.
 carceres sustinendo propagata est. Exspe-
 ctat, quasi vero ipsa gratiam acciperet, ut
 quis cum ea communicare velit, illa Eccle-
 sia, quæ Persecutoribus, & Tyrannis fru-
 stra ringentibus nata est. Ea proscribit
 jam Episcopos, quæ Episcoporum suorum
 proscriptione crevit. Gloriatur, quod
 Mundo placeat, ea Ecclesia, quæ Jesu Chri-
 sti esse non potuisset, nisi eam Mundus odis-
 set. Hæc est hodierna Ecclesia comparata
 illi Ecclesie, quæ nostræ curæ commissa est,
 & nostra socordia perit.

Deinde S. Hilarius, quæ Mediolani
 acta erant, narrat, & quam fraudulenter
 Auxentius scripserit, demonstrat. Pri-
 mo, inquit: Sanctam fidei confessionem ap-
 pellat Auxentius, illam Nicæam in Thra-
 cia, vi extortam, & ab omnibus rejectam. n. 8.
 Auxentius quidem Nicæam in Thracia Sup. XIV.
 non nominabat, sed illa formula Arimi- S. 13. 14.
 nensis, quam ipse pro fundamento fidei
 ponebat, erat omnino eadem. S. Hila-
 rius prosequitur: dicit Auxentius, se non
 novisse Arium, cum tamen in Presbyterum
 ordinatus sit Alexandria in Ecclesia Aria-
 norum, cui Gregorius præsidebat. Con-
 senserat, & promiserat formulam fidei
 scribere, qua confiteretur, Jesum Chri-
 stum esse verum Deum ejusdem cum Patre
 Divinitatis, & Substantiæ, nihilominus
 malitia Diabolica verba ponit sequentia;
 O 2 Jesum

Sæculum IV.

A. C. 364.

Jesus Christum natum esse ante omnia tempora, Deum verum Filium, ut, quem admodum Ariani volunt, vox: verum, ad Filium, & non ad Deum referatur. Lingua gallica verba ista latina æquiva- ca: Deum verum Filium, exacte reddi non possunt, nam in Latino vox ista: verum, æque ad vocem præcedentem, ac subsequenter referri potest. Tum S. Hilarius prosequitur: ne autem quisquam dubitare possit, num hæc verba in sensu primo posita sint, subjunxit Auxentius: de vero Deo Patre, ut exprimat, Patrem esse verum Deum, at Jesus Christum tantum esse verum Filium. Inferius dicit Auxentius; unam solummodo esse Divinitatem, quam non Filio, sed soli Patri attribuit. Dicit, se non docere, esse duos Deos, quia non sunt duo Patres; quis non videat, unam Divinitatem hic doceri, tanquam soli Patri propriam? non est Christiani, sed Diaboli dicere: confitemur unum verum Deum Patrem. Et iterum: Filium similem secundum Scripturas Patri, qui eum genuit. Si hæc verba alicubi in SS. Scripturis leguntur, ostendat, si autem Pater, & Filius unum sunt, per Divinitatis veritatem, quare per verba, non nisi similitudinem significantia, tantum Mysterium imperfecte explicatur, quod per unitatem exprimi debet? verum quidem est, dicere: Jesus Christus est imago Dei; at ego respon-

S. Hilarius
in
Auxentium.

deo: etiam omnis homo est imago Dei. *Sæculum IV.*
Verum dicis, dum IESUM Christum nomi- *A. C. 364.*
nas Deum; at in S. Scriptura etiam Moy- *Exod. 7. 1.*
ses vocatur Pharaonis Deus. Dicis IESUM
Christum Dei Filium, & primogenitum; at
in S. Scriptura etiam Israel primogenitus
vocatur. Dicis, IESUM Christum natum *Exod. 4. 22.*
esse ante tempora; at qui etiam Dæmon
ante tempora, & Sæcula creatus est. ()*
Omnia tribuis IESU Christo, quæ non est,
& quod est, impie negas, quia Deum esse
negas, ejusdem Divinitatis, & ejusdem
cum Patre substantiæ. Si credis Filium
esse eundem Deum, quare non simpliciter
affirmaſti? si non credis, quare non ſim-
pliciter negaſti? Coeterum jam nume- *n. 6.*
ro sexto hujus orationis S. Hilarius dixe-
rat, Arianorum fraudes, & perfidiam ta-
men aliquo modo prodesse populo Chri-
stiano, &, obſtare, ne totus grex, eorum
curæ commiſſus, pereat, quia ſcilicet Fi-
deles ipsis ſubditi de fide ſecundum pro-
feſſionem eorum externam judicabant;
quam ob rem, inquit: populi aures mul-
to ſanctiores, quam Arianorum Episcoporum
corda ſunt.

Ultimo Catholicos, ut Arianorum *n. 12.*
 communionem fugiant, hortatur. *Er-*
ratis,

O 3

(*) *Opinio hæc, Angelos ante tempora, & Sæ-*
cula creatos fuiſſe, hodie vix aſſenſum invenit,
poſtquam Concilium Lateranenſe affirmavit:
Deum

Sæculum IV. A. C. 364. *ratis, inquit: dum nimium parietes amittis, Ecclesiam materiale[m] reveremini, & inane nomen pacis ingeminatis. Quis nescit, futurum fuisse, ut Anti-Christus in his ipsis Cathedris sedeat? montes, Sylvas, lacus, carceres, voragine[s], & precipitia tutiora mihi videntur ad agendos Catholicorum Conventus Arianorum Ecclesiis, nam Prophetis quoque in solitudine Spiritus Domini locutus est. Hæc scribit S. Hilarius, ut eorum redarguat tepiditatem, qui ad conventum Arianorum ire malebant, quam commoditate locorum, in quibus orare consueverant, privari, & cum Catholicis in campo aperto locisque desertis, quod in Oriente facere solebant, convenire. Ita S. Episcopus, debitam Imperatori reverentiam servans, constantia invicta Auxentio resistebat. Tandem Pictaviam rediit, obiitque in pace anno Valentiniani quarto, Jesu Christi 367. Liber Evangeliorum, quem sua manu Græce descripserat, ibi asservatus est, in quo S. Joannes post S. Matthæum positus erat. Ejus Sepulchrum editis plurimis miraculis per aliquot sæcula inclaruit, & in aliquibus antiquis Sacramentariis Nomen ejus in Canone Mis-*

vita S. Hilarii in edit. ann. 369. n. 3.

Deum simul ab initio temporis utramque de nihilo condidisse Naturam, nempe Angelicam, & Humanam.

ſæ primo poſt Martyres loco legitur. (*) Sæculum IV. S. Eusebius Vercellensis haud multo poſt A. C. 364. e vivis abiit; ſaltem poſt diſputationem Mediolanensem nihil amplius de ipſo literis mandatum invenitur. Auxentii fraudulentia Philaſtrius quoque Episcopuſ Brixienſis, & Evagriuſ Presbyter Antiochenuſ, qui cum S. Eusebio in Italiam venerat, vigorem ſacerdotalem oppoſuerunt.

Gaud. vita
S. Philastr.
Hier. ep.
48.

§. IV.

Concilium Lampſacenum.

Sub initium huius Regni Episcopuſ Helleſponti, & Bithynia, omneſque alii Macedoniani, aut Semi-Ariani ab Imperatoribus licentiam conveniendi obtinuerunt, ut dogmata fidei ſtabilirent. Igitur Lampſaci, urbe ad fretum Helleſpontiæ ſita ſuum Concilium celebrarunt

Socr. IV. 2.
4. Soz. VI.
c. 7. v. Pagi.
an. 365. n. 2.

O 4 anno

(*) SS. Patribus ſemper inclementiſſimuſ Proteſtans noſter etiam S. Hilariuſ erroris temere arguit in ſua Nota Parte III. p. 242. Er iſt auch nicht ohne alle Irrthümer; wenigſtens iſt der Satz vom Leyden Jeſu anſtößig, da er geſchrieben, daß Jeſuſ von der Quaal, und Marter, die ihm in ſeinem Leyden zugefüget worden, nichts gefühlet habe. Ad Defenſionem S. Hilarii ſufficit S. Hieronymi teſtimonium in Epist. ad Lætam: *Hilarii Scripta inoffenſo decurras pede.* Si quiſ deſenſum S. Hilariuſ legeret velit, videat R. P. Berti Librum XXV. de Theologicis Diſciplinis. c. 7.

Sæculum IV. anno post Concilium Seleuciense septimo,
A. C. 365.

duobus Imperatoribus Valentiniano, &
 Valente consulibus, id est, anno 365.
 Menses duos deliberando transegerunt;

Sup. l. XIV. tandem decreverunt, ut ea, quæ Con-
S. 21. stantinopoli anno 360. moventibus Eudo-

xio, & Acacio Anomeorum Principibus
 acta fuerant, nulla essent. Ad illam quo-
 que fidei confessionem, quæ allata erat,
 utpote Episcoporum Occidentalium o-
 pus, id est, Ariminensem, non esse atten-
 dendum. Illam vero opinionem esse ten-
 endam, quæ dicit, Filium similem Patri
 in substantia, atque hanc additionem esse
 necessariam, ut differentia inter Hypo-

Sup. l. XIV. stases significaretur. In omnibus Eccle-
S. 16. XII. siis Confessionem fidei Seleuciensem, jam
S. 11. antehac in Dedicacione Ecclesiæ Antio-

chenæ propositam, esse recipiendam.
 Qui ab Anomeis fuissent depositi, in Se-
 des suas restituerentur, tanquam injuste
 spoliati. Si quis eos vellet in iudicio ac-
 cusare, & convinceretur calumniæ, ei-
 dem pœnæ subjiceretur. Iudices futu-
 ros Episcopos illius Regionis orthodoxos,
 cum Episcopis Provinciarum vicinarum
 congregatos in illa Ecclesia, in qua testes
 præsto essent, de accusati moribus testi-
 monium reddituri. Hæc ab Episcopis
 Consilii Lampfaceni statuta sunt. Ano-
 meis deinde ad se citatis pœnitentiæ lo-
 cum promittebant, atque, his obedire de-

trectan-

trectantibus, Semi-Ariani, quæ a se de-Sæculum IV.
creta fuissent, ad omnes Ecclesias, trans- A. C. 365.
miserunt.

Haud difficulter prævidebant, Eudoxium Principem Proceresque in suas partes pertracturum, hinc ut ejus industriam prævenirent, Heracleæ Imperatorem Valentem accesserunt, ut ea, quæ Lampfaci egissent, edocerent; at sero omnia; quippe prior Eudoxius Valentis, & Purpuratorum animos occupaverat; itaque cum Legati Concilii Lampfacensis in Imperatoris conspectum admissi sunt, hortatus est, ut cum Eudoxio in pace viverent, dumque ipsi econtra causam suam tueri nituntur, dolo rem Constantinopoli actam fuisse, & malis artibus Decreta Seleucia conculcata queruntur; Imperator iracundia incitatus, in exilium eos misit, Ecclesiis Eudoxii Sectatoribus adscriptis.

§. V.

Procopii Seditio, & facta.

Hæc initia fuere persecutionis, qua Valens Imperator Semi-Arianos, & Catholicos afflixit; sed nascens odium bellum civile exortum contra Procopium distulit. Is erat Juliani propinquus, quem sibi successorem destinaverat, & Cæsarei funeris curam gesserat; ab eo tempore prope Calcedonem in domo rurali Eunonii

Sup. I. XV.
S. 44.
Philost. IX.
C. 5.

Q. s. mii

Sæculum IV. mii hæretici latuerat, inde Constantino-
A. C. 365. polim occulte veniens, cum Valens, qui

Idac. fast.

in Oriente agebat, abesset, atque Petro-
 nii Soceri ejus avaritia, & crudelitas sum-
 mum populi in absentem odium creasset,
 Imperatorem se proclamari jussit vigesi-
 ma octava Sept. hujus anni 365. Valens
 in Syriam exercitum duxerat, ut Persis,
 si datam fidem frangere vellent, prom-
 ptius resisteret, tuncque Cæsareæ in Cap-
 padocia substiterat; (*) accepto de Pro-
 copii seditione nuntio, sine mora rediit.
 Primo quidem fortuna Procopio favore
 videbatur, sed tandem in prælio, quod
 prope Nicoliam in Phrygia commissum
 est, a suis proditus, per devios saltus sa-
 lutem quæsit, a duobus deinde suarum
 copiarum tribunis e fuga retractus, in
 conspectu Valentis sistitur, cujus jussu ca-
 pite truncatus est 27. Maji anno 366
 seu sexto Calendas Junii. Gratiano ju-
 niore Valentiniani filio, & Dagalaifa Con-
 sulibus.

Am. XXVI.
c. 9.

Idac. fast.

Dum Valens in Oriente morabatur,
 a Philosopho Maximo, qui Julianum se-
 duxerat, suisque imposturis, & præstigiis
 quoad vixisset, deceperat, pœnas exegit;
 is etiam coram Valente Valentinianum
 accusavit, tanquam impietatis in Deos
 reum. Valens adduci Maximum, &
 Pris-

Zosim. l. IV.
p. 735.

(*) Hic Interpres plura habet, quam Fleurius
 & alia. Sed quid hoc?

Priscum iussit, sed iste ab omni crimine absolutus, & dimissus, in Græciam rediit. Contra Maximum populi clamor in Amphitheatris invaluit, multique Imperatorem rogabant, ne impunem relinqueret. Ad magnam pecuniæ vim reddendam multæ nomine damnatus est, nemo enim erat, qui non bonorum Reipublicæ prædonem crederet. Præter multam pecuniariam crudelibus quoque tormentis affectus, ut his se liberaret, uxori, tunc præsentem, mandavit, ut venenum emeret, optimum tantis malis remedium; illa marito obtemperans, poculum attulit, prior bibit, & extincta est. Maximus non bibit, nam eum tantis periculis Clearchus eripuit; is Proconsul Asiæ creatus est illo tempore, quo Procopius seditionem moverat, tuncque Imperatori Valenti feliciter persuasit, ut miserum Maximum, remissa etiam multæ parte, liberum dimitteret. Ita tunc quidem Maximus mortem evasit. Orbasus medicus alter Juliano olim familiarissimus, bonis exutus, & ad Barbaros relegatus est.

§. VI.

Valens Arianorum Patronus.

Bello civili sex mensibus confecto, breviter iterum Valens eos, qui diversas a suis in Religione opiniones tenebant, persequi

Sæculum IV.
A. C. 365.

*Eunap. in
Max. p. 98.*

*Lib. or. fun.
p. 327.*

*Eunap.
Orib. p. 173.*

*Soz. VI. c. 8.
Socr. IV. c. 6*

Sæculum IV. sequi cœpit. Magna ira ardebat in E-
A. C. 366. piscopos Concilii Lampfaceni, quod sententiam in Arianos, & Concilium Arminense pronuntiaffent; in illo animi impetu Eleusium Cyzicenum acciri jubet, convocatisque Episcopis Arianis, imperabat, ut cum illis communicaret; initio quidem Eleusius viriliter resistebat, at deinde exilium timens, bonorumque suorum jacturam, in ea, quæ petebantur, consensit. Mox facti pœnitentia subit, nam Cyzicum reversus, coram omni populo peccatum suum confitebatur, illam communionem metu a se extortam cum lacrymis affirmans, monebat etiam, alium digniorem se, eligendum esse Episcopum; at populo Cyziceno Episcopi sui virtus tanto in pretio erat, ut Successorem ei deligere nec vellent, nec possent. Catholicis, qui Constantinopoli erant, id est, qui fidem Nicænam sequebantur, non melior sub Valente fors obtigit, quam Semi-Arianis. Novatianos etiam unacum Catholicis ejusdem persecutionis furor corripuit, quod eandem de Trinitate fidem tenerent. Omnes sine discrimine Constantinopoli pulsî. Jussu Imperatoris Novatianorum Ecclesiæ clausæ; Catholici enim ab eo tempore, quo sibi a Constantio ereptæ fuerant, nullas habebant.

Soz. VI. c. 9.

§. VII.

§. VII.

Sæculum IV.
A. C. 366.*Legatio Orientalium ad Occidentales.*

Semi-Ariani ab Eudoxio, & puris Arianis oppressi, cum sibi nullo in loco Conventus agere liceret, conventiculis paucorum, ut poterant, Smirnæ, in Pisidia, in Isauria, in Pamphilia, Lyciaque habitis, unanimiter statuerunt, in tanta calamitate ad Imperatorem Valentinianum, & Liberium Papam esse confugiendum, & satius esse, fidem Occidentalium amplecti, quam cum Eudoxii factione communicare. Ergo Eustathium Sebastenum, Silvanum Tarsensem, & Theophilum Castabalensem in Cilicia Legatos dimittunt, iussos, ne cum Liberio de fide disputarent, sed Ecclesiæ Romanæ communicarent, & fidem de Filio Consubstantiali approbarent. Epistolæ, quas ferebant, datæ erant ad Liberium Papam, & Episcopos Occidentis, quos, quod semper ab Apostolorum temporibus puram fidem docuissent, eandem, majori, quam cœteri, studio conservare oporteret.

Socr. IV.
c. II.Sozom. VI.
c. 10.O. Greg. I.
c. 10.

Legatis, ubi Italiam attigerunt, referunt incolæ, Valentinianum Imperatorem profectum esse in Galliam, bello Barbaros repressurus. Tunc visum est,

Anm.
XXVI. c. 5.
melius

Sæculum IV. melius facturos, si Imperatorem non le-
A. C. 366. querentur in Regionem, bello turbatam,
 & latrociniis infestam. Igitur Roma

Socr. IV.
c. II.

manere placuit; litteras, quas habebant,
 Liberio Papæ tradiderunt; primo adita
 Papa eos recipere volebat, quod essent
 Ariani, qui fidem Concilii Nicæni rejici-
 cerent. Responderunt illi, se errorem ag-
 nitum abjecisse, jam diu Anomeorum
 fidem damnasse, & Filium Patri in omni-
 bus similem fuisse confessos, denique in-
 ter voces: similis, & consubstantialis,

Ibid. c. 12.

non esse differentiam. Liberius petiit,
 ut suam fidei Confessionem scriptam tra-
 derent, atque ipsi porrexerunt talem, qua-
 lem hodieque habemus.

Soz. VI.
c. II.

In hac fidei formula tanquam Con-
 cilio Lampfaceni ad Papam, & omnes Oc-
 cidentis, & Italiae Episcopos Legati de-
 clarant, fidem Concilii Nicæni inviola-
 biliter tenendam, vocem Consubstantialis
 sancte, & Religiose contra errorem
 Arii fuisse appositam. Arium, & Doctri-
 nam ejus impiam, cum suis Discipulis, &
 Sectatoribus damnant. Omnes hæreti-
 cos, Sabellianos, Patropassianos, Marcio-
 nitas, Photinianos, Marcellianos, Paulum

Legatio O-
rientalium.

Samosatenum, eorum Doctrinam, & om-
 nes Sectatores, tandem omnes hære-
 ses fidei Nicænae contrarias rejiciunt.
 Speciatim damnant expositionem, in Con-
 cilio Ariminensi prælectam, & deinde
 Nicæna

Nicæa in Thracia Constantinopolim al-
 latam, quam multi, etiam perjurio sedu-
 cti, subscripserunt. Porro fides nostra, A. C. 366.
 inquit: & Episcoporum, a quibus de-
 legati sumus, hæc est: Credimus in unum
 Deum; & reliqua; hic totum Symbolum
 Nicænum exscribunt, Nomina sua appo-
 nunt, & ita prosequuntur: Si quis post
 istam fidei expositionem contra nos, aut
 contra illos, qui miserunt nos, accusatio-
 nem afferre voluerit, is cum Epistolis tuæ
 Sanctitatis coram Episcopis orthodoxis,
 quos elegeris, compareat, inter nos, & i-
 psam Judicium esto, tum quæ pars causa
 ceciderit, meritas pœnas dabit. Hujus Basil. ep. 82.
 declarationis prima descriptio Romæ de- p. 911.
 posita est, & asservata. (*)

His ita compositis, Liberius Papa de
 Legatorum fide securus, in suam Com-
 munitio-

(*) Ex his Summa Papæ Auctoritas elucescit.
 Anonymus I. ad hunc locum: Haud dubie Gra-
 tias Domino Fleurio debemus, quod tanti pon-
 deris testimonia in sua Historia referat, quæ
 Auctoritatem Papæ stabiliunt. Ideo tamen jus
 ipsi non est acquisitum, ut in aliis locis Eidem
 Auctoritati parum faveret, & audeo dicere,
 non satis æquitatis amans esse videretur. Nem-
 pe Anonymus I. ex illorum numero est, qui Fleu-
 rio ignoscere non potest, quod non omnes opi-
 niones Scholasticas, sibi præbatas, amplexus
 fuerit.

Sæculum IV.
A. C. 366.

munionem receptos, ad eos, a quibus de-
legati fuerant, Episcopos remisit cum E-
pistolis; quarum ista erat inscriptio: *Chari-*
ssimis fratribus, & Collegis nostris E-
vethio, Cyrillo; & aliis, qui ibi nomi-
nantur numero sexaginta quatuor; &
omnibus orthodoxis Episcopis Orientalibus
Liberius Episcopus, & Episcopi Italiae, &
Occidentis in Domino nostro salutem
Dum hic Summus Pontifex ipsorum No-
mina præponit suo, illorum Episcoporum
humanitati vices reddit, qua ad eum scri-
bentes ipsius Nomen anteposuerant.
Gaudium deinde suum significat, quo pu-
rissimæ eorum fidei, & cum omnibus Oc-
cidentalibus unionis testes Epistolas ac-
ceperit. Fidem Nicænam laudat, dicite-
que, vanum fuisse Arianorum in Conci-
lio Ariminensi conatum, quo eam convul-
lere nitebantur. *Quandoquidem ferme*
omnes, inquit: quos insidiæ, vel vis se-
duxerant, ad Ecclesiam redierunt, exposi-
tionem fidei Ariminensem anathematiza-
runt, fidei Nicænæ subscripserunt, & no-
stram Communionem exoptarunt, Ario-
& Sæctatoribus ejus multo, quam antea
indefensores.

§. VIII.

Liberii obitus. Damasus Papa.
Schisma Ursini.

Huic Orientalium Reconciliationi Li-
berius

berius Papa paucis diebus supervi-
xit, quippe octavo Calendas Octobris
mortalitatem exiit, Gratiano, & Daga-
laifa Consulatum gerentibus, nempe an-
no 366. cum sanctam Sedem per annos
quatuordecim, & aliquot menses tenuis-
set. Non obstitit lapsus, quo minus e-
jus memoria in veneratione fuerit, atque
illustrissimi illorum temporum Episcopi
S. Epiphanius, S. Basilius, S. Ambrosius
cum de eo mentionem faciunt, semper
debitos dignitati ejus titulos adjungunt.
In defuncti Sedem evectus est Damasus
natione Hispanus, cujus Parens, nomine
Antonius successive Exceptor, seu Scriba,
Lector, Diaconus, & tandem Ecclesie
Romanæ Presbyter fuit titulo S. Lauren-
tii. Damasus eidem Ecclesie, cui Pater
ejus, serviit, & S. Hieronymo teste per-
fectam servavit continentiam. Quando
Liberius a Constantio anno 355. exula-
re jussus est, tunc ipse Ecclesie Romanæ
Diaconus cum cæteris Ecclesie ejusdem
Clericis solemnij juramento se obstrinxit,
se, quamdiu Liberius in vivis ageret, nun-
quam alium Papam recepturum; Dama-
sus aliquamdiu Bereæ in exilio Liberij
comes fuit. In Pontificem electus est
jam sexagenario major, atque in Basili-
ca Lucinæ, alio nomine S. Laurentij,
qui Presbyteratus ejus titulus erat, or-
dinatus.

Sæculum IV.
A. C. 366.

Lib. Marcell.
præf. p. 4.
Sup. l. XIII.
n. 10.

Epiph. hæc.
75. n. 2. Bas.
ep. 74. p. 875.
Ambr. de
Virg. l. III.
c. 1. & 4.

Dam. carm.
87. Hier. ep.
50. ad Pamm.
v. 7.

Marcell.
præf. libet.
p. 2. 3.

Hist. Eccles. Tom. IV.

P Haud

Sæculum IV.

A. C. 366.

*Ruf. II. hist.*c. 10. *Hier.**Chron. an.*

367.

Schisma III.

*Sup. I. IX. §.*34. *Aug.**brevic. coll.*

c. 16.

Anm.

XXVII. c. 3.

Haud multo post Ursinus, & ipse Ec-
clesiæ Romanæ Diaconus, urente invidia
quod Damasus sibi præferretur, collecta
feditiosorum hominum turba in alia Ba-
silica, Paulo Episcopo Tiburiensi, homini
impolito, & rudi persuasit, ut se in Episcopum ordinaret, contra universalis tra-
ditionis Regulam, qua unus Episcopus
a tribus aliis ordinabatur; & antiqua Ec-
clesiæ Romanæ adversante consuetudine
qua Episcopus Romanus ab Episcopo O-
stiensis consecratur. Plebs urbis Roma-
næ in partes scinditur, movetur seditio
Juvencius urbis Præfectus, & Julianus
nonæ, Ursinum cum Diaconis Amantio
& Lupo, præcipuis ejus fautoribus, exilio
damnant, alii quoque Presbyteri septem
comprehensi, & urbe proscripti; at eccle-
sia dum ducuntur, plebs Ursino favens mi-
nistrorum manibus ereptos in Basilicam
Liberii, alias Sicinæ dictam, ubi Ursinus
ordinatus fuerat, perducunt. Ea Eccle-
sia hodie ad S. Mariam majorem dicitur.
Econtra pars populi, quæ pro Damaso sta-
bat, gladiis, & fustibus armata concurrit
& Basilicam obsidet vigesima quinta
Octobr. hora octava matutina eodem anno
366. acriter dimicatum, Basilicæ postea
perfossi, ignis injectus, direpta sunt re-
cta. Tandem centum triginta septem
occisorum corpora utriusque sexus in-
venta. Juvencius Præfectus, cum seditiosos

tiosos coercere non valeret, in prædium suum se recipere cogitur.

Sæculum IV.
A. C. 366.

Ammianus Marcellinus Scriptor Gentilis, qui illa tempestate vivebat, dum hanc narrat historiam, immodicum utriusque partis ardorem reprehendit, & inquit: *Si urbis Romanæ splendorem considero, negare non possum, illis, qui ad tantam dignitatem aspirant, omnem, quem possunt, conatum esse adhibendum, ut assequantur; nam his, qui eam obtinent, pinguis fortuna peracta est; donariis, quæ nobiles famina conferunt, ditescunt; splendide vestiti curribus vebuntur, mensæ adornantur lautitia plusquam Regia, tunc potius fere felices futuri, si contempto Romanorum fastu, quorundam in Provinciis Prælatorum vitam imitari velent, quos mensa frugalis, vestimentorum paupertas, oculorum, quos in terram figunt, modestia, apud Deum æternum, & sinceros ejus cultores commendant.* Hæc ultima Ammiani verba majorem fidem merentur, quam quæ de SS. Pontificibus dicit; (*) non nihil splendoris tamen dedisse Pontificum vitam, conjicere est ex illis

Hier. ep. 61.
ad Pam-
mach. c. 3.
epist. Conc.
Rom. an. 378
to. 2. conc.
p. 1001.

P 2

(*) Hanc de Ammiani verbis Fleurii Reflectionem Interpres Protestans perfide parte III. p. 249. omisit. Judicet Lector, an fidem mereatur homo iste, dum, ut videbimus Nota sequenti, S. Damasum Papam calumniatur.

Sæculum IV. illis Prætextati, qui deinde Romæ Præb
 A. C. 366. tus fuit, verbis, narrante S. Hieronymo
 ad eundem Damasum Papam per jocum
 Ambr. ep. 21. dicentis: *Protinus Christianus ero, si
 ad Valent. Episcopum Romanum feceris.* (*) Se
 al. 13. aut. 32. initium Schismatis Valentinianus manda
 verat, ut Episcopi Romani esset, cum suis
 Collegis aliorum Episcoporum causas
 examinare; aliam legem quoque univer
 salem tulit, ut in causis fidei, aut ordi
 nis Ecclesiastici Judex æqualis cum
 dignitatis esset, id est, Episcopi ab Ep
 copis, non vero a Laicis judicaretur.
 (**)

§. III

(*) Ad hæc non inepte observat Palatius
 Annotationibus ad Damasum: *Dolebant
 Gentiles, frigescente Idololatria, eorum Flamini
 abjectos incedere, & viles, ex adverso Christi
 norum Antistites Majestate graves, decore
 venerabiles, & vestibus exornatos. Propterea
 non unus Marcellinus, sed reliqui viri clarissimi
 mi invidia etiam æstuabant. An non similis
 invidia Protestantes pungat, si Catholicorum
 Episcopos sacris operantes conspiciant, & cum
 sanctorum Prædicantium tenuitate comparent?*

(**) Hic Protestans adjunxit Notam: *Die
 Berichte von dieser ärgerlichen Wahl des
 Damasus lauten einander nicht durchgängig
 gleich. Denn was die Verfasser der bekann
 ten Bittschrift den Marcellinus, und Faustinus
 betrifft*

§. IX.

Concilium Tyancæum.

Sæculum IV.
A. C. 366.

Soer. IV. 12.

Eustathius, aliique Orientalium Delegati, Roma profecti cum Epistola Liberii Papæ, in Siciliam trajecerunt, ibique

P 3

Con-

betrißt, so haben dieselben dem *Damasus* alle Schuld gegeben, und als Leute, die damals in Rom gegenwärtig gewesen, geschrieben, daß er der Urheber des bürgerlichen Krieges gewesen. Et inferius: So viel ist wenigstens gewiß, daß *Damasus* bey dieser ganzen Sache sich so aufgeföhret, daß er den Heiden ärgerlich, und lächerlich werden müssen. = = Er führte selbst den rasenden Pöbel an. Umringete die Kirche, verwüstete sie, und war also unmittelbarer Weis schuld am Blut so vieler Menschen. Hucusque calumniator iste. Subjungit tamen Concilium Romanum post annos 12. celebratum pro *Damaso Ursinum* Peccatorem substituisse, atque *Rufini*, & *Hieronymi* testimonia consentire. Et tandem: Vermuthlich, weil man jene beyden Scribenten für Separatisten gehalten, hat man ihnen weniger geglaubet. Ita Schismaticorum, Hæreticorum, & ferme omnium, quotquot in Sedem Romanam seditiose infurrexerunt, Patronus; nempe *Cicero* pro domo sua. Jam *S. Damasi* Electionem examinemus! *S. Damaso* jam electo, *Ursinus* urente invidia ab uno Episcopo, non *Ostiensis*, contra Canones, & consuetudinem ordina-

Sæculum IV. Concilio Episcoporum Insulæ hujus congregato, palam fidem Nicænam, & vocem

A. C. 366.

dinatur. Pars plebis Ursino favens proscripta e custodia ministrorum civilium rapit. Qua igitur fronte Protestans dicit, Damasum primæ seditionis causam extitisse? Accurrit Plebis Pars Damaso faventis, confligitur, multi cædunt. At S. Hieronymus, Rufinus aliique non dicunt S. Damasum adfuisse certamini, multo minus Fideles ad cædes accendisse. Dicit Interpres Marcellinum, & Faustinum tunc Romæ fuisse præsentibus; verum non minus S. Hieronymus tunc Romæ versabatur. Audiamus ipsum loquentem, relatum a Palatio: *Damasus Romanæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus. Post multum temporis spatium. (vel ut alii legunt) Post non multum, Ursicinus a quibusdam Episcopus constitutus Sicininum cum suis invadit, a quo Damasianæ Partis populo confluyente crudelissimas interfeciones diversi sexus perpetrata.* Rufinus postquam rem narravit Lib. 2. c. 10. addit: *Quæ res Factione Maximi Præfecti sævi hominis ad invidiam boni, & innocentis versa est Sacerdotis . . . sed Assertor Innocentiæ Deus affuit, & in Caput eorum, qui intenderant dolum, pena conversa est.* Omnium aliorum Testimonis Protestans noster opponit Marcellinum, & Faustinum Luciferianos, qui in suo Libello Imperatoribus oblato, ut inferius videbimus, non Damasum modo, sed etiam S. Hilarium, Osum, & S. Athanasium accusant, & Catholicos vocant Prævaricatores. Judicet Lector an non manifestum

constantialis, sicut antea Romæ, con-
fessi sunt. Quo facto ab Episcopis Sici-
liæ litteras, illis quas Liberius dederat,
P 4 con-

Sæculum IV.
A. C. 366.

festum sit, Interpretem Protestantem Partium studio duci. Sed in fine hujus Notæ rursus loquitur ex Cathedra, scilicet ex Cathedra Pestilentia: Anlangend das Gesetz *Valentiniani*, kraft dessen die römische Bischöffe andre Bischöffe richten sollten, so mag solches wohl von diesem Kayser gut gemeinet gewesen seyn, in Ansehung der Folgen aber ist es nicht wohl gethan gewesen; inzwischen ersieht man so viel daraus, daß der römische Bischof die Macht andre zu richten, nicht kraft eines göttlichen Rechtes habe, sondern daß es ein Geschenk des Kayfers gewesen, wofür es auch die im Jahr 376. zu Rom versammelten Bischöffe erkannten, als sie an den Kayser *Gratianus* eine Bittschrift ergehen liessen, darinn sie ihn ersuchten, daß er dieses der Kirche so erspriessliche und dem Ansehen der Bischöffe so zuträgliches Gesetz auch vollstrecken lassen möchte. Hic iterum stolido nostro Interpreti inculcandum; non Imperatores, sed Jesum Christum Pontificibus Romanis Jurisdictionem in cæteros Episcopos dedisse, dum dixit ad Petrum: *Confirma fratres tuos.* Tribus *Luc. 22.* continuo vicibus: *Pasce oves meas! Tu es Petrus,* & *super hanc Petram* &c. Donec ista *Joan. 21.* *Matth. 16.* ex Sacra Scriptura deprompta solverit Interpretis noster, quæcunque contra Potestatem Papæ afferat, ridendus est. Sed forte dicet: Cur igitur

Sæculum IV.
A. C. 366.

*Epist. Illyr.
ap. Theod.
IV. c. 9.*

consonas, acceperunt. Eustathius deinde in Illyricum se contulit, qui Episcopum Sirmiensem Germinium a puro Arianismo convertisse creditur, nam fidei Confessionem habemus, qua declarat, credere se, Dei Filium Patri Divinitate, Potentia, Gloria, Sapientia, omnibus similem. Alii Episcopi Ariani Illyrici, quorum precipui erant Ursacius, Valens, & Palladius, hac Germinii retractatione commoti, plures hac super re ad eum Epistolas scripsere, quarum una decimo quinto Calendas Januarii, Gratiano & Dagalathio Consulibus, id est, decima octava Decembris anno 366. data est; at Germinius in sua Confessione, Filium esse similem Patri per omnia, sola excepta innascibilitate, persistit.

Legati

tur Imperator hanc Legem tulit, si Jesus Christus id jam præceperat? Respondeo hanc objectionem similem esse illi, si quis diceret: In Jure Bavarico sæpius prohibetur, ne quis fornicetur, ergo Fornicatio non est prohibita Legge Dei, sed Electoris Baviaræ. Rursus: an ergo Episcopi hanc Legem ignorarunt? Non ignorarunt, sed plurima Exempla vel in hac sola Fleuriana Historia adducta suppetunt, Episcopos ex omnibus Orbis Partibus ad Episcopum Romanum pro nata Ecclesiarum particularium necessitate respexisse. Verum aliud est Legem non ignorare, aliud exacte eam observare.

Legati Concilii Lampfaceni, in Orientem reversi, Patres in Concilio Tyanæ congregatos invenerunt, cui intererant Eusebius Episcopus Cæsariensis in Capadocia, Athanasius Ancyranus, Pelagius Laodicensis, Zeno Tyriensis, Paulus Emeſanus, Ottreus Melitinensis, S. Senex Gregorius Nazianzenus, & plures alii, qui in Concilio Antiocheno sub Joviano anno 363. ubi fides Filii Conſubſtantialis ſtabilita eſt, præſentes fuerant. In hoc Concilio Tyanæo Epistolæ Liberii, & Episcoporum Italiae, Siciliae, Africae, & Galliae, quas Legati attulerant, lectæ sunt, easque Episcopos Occidentis libentiſſime dedisse, credere fas eſt, ut admiſſum in Concilio Ariminensi probrum diluerent. Magnum ex hac lectione lætitiæ ſenſum Patres perceperunt. Eustathium Sebastenum, olim depositum, ſuæ Sedi reddiderunt, & ut Episcopum Catholicum receperunt. Omnes Orientis Eccleſias per Epistolâs hortati ſunt, ut Decreta Aſiæ Episcoporum, qui Legatos in Occidentem miſerant, & Epistolâs Liberii, atque Occidentalium legerent, & quantus eſſet eorum numerus, attendere; *Nam videbitis, inquit: omnes iſtos Episcopos collectim illis, qui in Concilio Ariminensi decepti ſunt, numero longe eſſe ſuperiores;* Auctores ergo erant, ut eorum Communionem amplecterentur.

Sæculum IV.
A. C. 366.

Hilar.
fragm. 13.
14. 15.

Sup. L. XV.
§. 55.

Baf. 74. p.
875. Ep. 82.
p. 911.

Sæculum IV.
A. C. 366.
tur, atque hujus suæ voluntatis testes li-
teras darent. Simul etiam Episcopos ad
Concilium Tarsi in Cilicia ante veris e-
xitum certa, quam indicabant, die, celo-
brandum invitabant, haud dubie, ut illo
tempore noxios in Cilicia æstivi solis co-
lores anteverterent. Multos hunc in
finem præsertim ad Episcopos Catholicos
miserunt tabellarios; quippe in hoc Con-
cilio Tarsensi fidem Nicænam stabiliri, &
tandem jurgia omnia compesci posse spe-
rabant.

§. X.

Initia persecutionis sub Valente.

Soz. IV. c. 12 **D**um Catholici Episcopi ad destinatum
Concilium ire parant, triginta qua-
tuor ferme Episcopi Asiæ Conciliabulum
in Caria egerunt; hi quidem aliorum
voluntatem, & zelum pacem Ecclesiarum
& unionem reducendi laudabant, sed vo-
cem consubstantialis rejiciebant, dice-
bantque, Confessioni fidei Dedicacionis
Antiochenæ, & Seleuciensi esse firmiter
inhærendum, hanc enim S. Luciani Mar-
tyris opus esse contendebant. Sed &
aliud fuit, & fortius impedimentum,
quod convocationi Concilii Tarsensis ob-
stitit; quippe Imperator Valens, sollici-
tante Eudoxio Constantinopolitano, mi-
naces litteras ad Episcopos dedit, ne in
Concilium congregari auderent; Pro-
vincia

vinciarum Rectoribus quoque mandavit, ut suis Ecclesiis ejicerent Episcopos, qui sub Constantio depositi, sub Juliano ad suas Sedes redierant. Hæc sub initium anni 367. facta creduntur.

His acceptis mandatis, qui in Ægypto imperabant, præsertim Tatianus Præfectus Ecclesias S. Athanasio eripere, eumque Alexandria pellere volebant; nam Imperatoris Edictum non solum graves multas pecuniarias, sed etiam corporum pœnas Rectoribus, eorumque ministris non obtemperantibus intentabat; convenientes Christiani Præfectum rogabant, ne, re non satis pensata, suum sibi Episcopum eriperet, sed verba, & sensum Cæsarei mandati accurate examinaret; *Mandat Imperator, inquit, ut illi solum abire cogantur, qui sub Juliano redierunt, postquam sub Constantio pulsati fuissent; Athanasius sub Constantio quidem proscriptus fuit, sed ab eodem revocatus; Julianus, qui omnes alios redire permisit, persecutus est solum Athanasium; sed Jovianus ille est, qui eum revocavit.* His argumentis Præfectus non movebatur; at populus fidelis resistebat, ne S. Athanasio vim ullam inferre posset; cum igitur Præfectus cerneret, undique concurrentem populum, omnia compita tumultu impleri, nihilque propius esse, quam seditionem apertam,

Sæculum IV.
A. C. 367.

v. Pagi an.
370. n. 3.

Socr. IV.
c. 13.

Valens.

Sæculum IV. tam, rem per nuntios ad Imperatorem
A. C. 367. desert, S. Athanasio interim Alexandria
 permanente.

Post complures dies, ubi sedatus vadebatur populus, secreto sub vesperum urbe exiit S. Athanasius, & in villa delituit; & ecce! eadem nocte Ægypti Præfectus, & Tribunus militum Ecclesiam, ubi S. Episcopus habitare adsueverat, occupant, nihil enim moturum populum credebant, illis præsertim horis, quibus universi somnum capiunt. Tota igitur domo, & superioribus cubiculis peruestigatis, vehementer mirantes, Athanasium inveniri non posse, recesserunt. Quocumque demum modo monitus fuerit S. Athanasius sive per Angelum, ut non nulli crediderunt, sive per hominem opportunissime sane fugam arripuit, & que in sepulchro paterno se abscondit, nec forte incommodum fuit, ibi manere nam antiquorum, præcipue in Ægypto sepulchra amplissima erant mediis in campis ædificia, ad hominis habitationem satis idonea. Itaque S. Athanasius quanta jam vice auffugit, ut omnium malorum occasionem tolleret, quæ seditionem popularem consequi solent. Coactum non ultra quatuor menses in hoc sepulchro fuit, & brevi Imperator Valens ut ad Ecclesiam rediret, mandata dedit, invitatus vero hæc jussisse creditur, quod

timeret, ne Valentiniano fratri suo, qui ^{Sæculum IV.} fidem Nicænam tuebatur, displiceret, si A. C. 367. tantum virum persequeretur, aut forte Athanasii fautores, quorum maximus erat numerus, quidquam moverent, quo Reipublicæ quies turbaretur. Forte etiam Arianorum Primores timuerunt, ne S. Athanasius, si Imperatores adiret, aliam Valenti mentem inderet, aut Valentiniani animum in eum concitaret; jam enim semel antea experti fuerant, quantum ingenio valeret, dum Constantius non alio modo belli civilis periculo se liberare potuit, quam ejus reditum concedendo, imo dum hortator esse cogebatur, ut celerrime in Ægyptum revereretur. Hæ sunt Sozomeni historici conjecturæ. Id certe constat, S. Athanasio in Valentis persecutione nihil mali illatum, pacifice in sua Ecclesia fuisse, nec quid ultra in Ægypto, quamdiu ipse vi- ^{Epiph. hæc.} xit, turbatum. Lucius quidem, quem ^{68. n. 10.} Ariani in Episcopum ordinaverant, sæpissime apud Valentem instabat, ut se Alexandriam mitteret, quod, ut faceret, Imperatori populum metuenti, nunquam persuasit.

Valenti propositum erat in Gothos ^{Theod. IV.} movere, qui, superato Danubio, Thra- ^{c. 12. Hier.} ciam populabantur, antequam vero se ^{Chron. an.} belli periculis exponeret, baptizari vo- ^{368.} luit, accepitque baptismum manu Eudo-
xii,

Sæculum IV. xii, notissimi Ariani, qui tunc Seden
 A. C. 367. Constantinopolitanam occupabat. Dum

Valens ba-
 ptizatur.

Valente juramentum præstandum expo-
 tit, semper in ea, quam nunc teneret,
 fide permanfurum, & quos contrariæ o-
 pinionis esse sciret, exterminare con-
 turum. Ita Valens jurato ad partes A-
 rianorum transiit, cujus mali origo uxor
 ejus Albia Dominica fuerat. Eunomius
 hæreticus, sententia Auxonii Prætoris
 Præfecti damnatus, ut in Mauritaniam
 exul iret, quod conjurationis Procopii
 conscius fuisset, hiemali tempore iter
 ciebat, ut ad exilii locum pertingeret;
 cum Mursam in Pannonia pervenisset,
 a Valente, etiam Ariano, maximæ bene-
 volentiæ signis exceptus est; fors tulit,
 ut Imperator quoque illuc veniret cum
 Dominio Episcopo Marcianopolitano, ite-
 dem Ariano; hi duo Episcopi Eunomio
 um per calumniam oppressum affirma-
 runt, ejusque causam ita opportune ap-
 pud Imperatorem egerunt, ut sententiam
 exilii revocaverit. Imo etiam Eunomio
 colloquendi desiderium subiit, quod au-
 tem Eudoxii Constantinopolitani artibus
 impeditum, timentis haud dubie, ne quan-
 tum favoris Imperator Eunomio conce-
 deret, tantum sibi decederet. Post annos
 tres finito Gothico bello apertius Catho-
 licis irasci Valenti Imperatori vacavit.

Philost. IX.
c. 8.

Inter

Inter hæc Imperator Valentinianus in Gallis in gravem morbum incidit, multique timebant, ne ob Successionem se-
ditiones orirentur, hæc mala ut præverteret Valentinianus, quamprimum salutem recepit, filium Gratianum octennem Augustum pronuntiavit. Id actum est Ambiani nono Calendas Sept. seu 24. Aug. hujus anni 367. Valentinianus hunc filium Gratianum susceperat ex Severa, quam deinde repudiavit, ut Justinam duceret, Magnentii Tyranni viduam, eximia pulchritudinis mulierem, quæ ei filium, de Patris nomine Valentinianum dictum, tresque filias peperit.

§. XI.

S. Hilarionis peregrinatio & obitus.

Circa hæc ferme tempora S. Hilarion obiit in Insula Cypro, postquam in diversis Regionibus latere frustra cupisset. Annum unum in deserto Oasi exegerat, dum ei Discipulorum suorum unus, nomine Adrianus, nuntiavit, defunctum esse Julianum, jamque Imperatorem Christianum regnare, ergo ad Monasterium suum in Palæstinam rediret. Vir Sanctus, rejecto hoc consilio, Camelum conduxit, & Paretonium venit, ubi cum uno Discipulo, cui nomen Zanan, navigium conscendit, in Siciliam trajecturus. Medio in mari gubernatoris filium Dæmon

Sæculum IV.
A. C. 367.

Am. XXII.

or. 6. Zof.

l. 4. p. 742.

Socr. IV. c.

II. Idac. fast.

Cang. famil.

Byz.

Zof. IV. p.

767.

Socr. IV.

c. 31.

Sæculum IV. mon infedit, cœpitque puer clamare.

A. C. 367. *Hilarion, famule Dei! quare quietem no-*

c. 30.

stram turbas, etiam in mari? saltem tan-

tum temporis concede, dum terram attin-

gam! respondit Hilarion: si Deus tibi

permittit, mane! si te expellit, quid no-

men meum inclamas hominis peccatoris,

& mendici? Ita vero loquebatur, ut San-

ctitatis suæ opinionem nautis, & merca-

toribus auferret, & ubi portum attigis-

sent, non manifestarent. Paulo post li-

beratus est puer; at S. Hilarion voluit

ut ejus Parens, omnesque alii promisso

se obligarent, nomen suum nemini ho-

minum revelaturos. Ubi Pachinum in

Sicilia appulerunt, Gubernatori loco nau-

li pro se & socio obtulit librum Evange-

liorum, quem, junior cum esset, sua ma-

nu descriperat, quem Gubernator, vi-

dens præter hunc librum, & vestem tu-

trumque nihil habere, accipere recusavit.

S. Hilarion timens, ne a mercatori-

bus, ex Oriente advenientibus, prodere-

tur, viginti milliaribus in continentem

processit, substititque in loco quodam de-

serto, ubi quotidiano labore comporta-

torum lignorum fascem colligabat, tum

Discipuli sui humeris imponebat, ut in

proxima villa venderet, & pauxillum pa-

nis emeret pro se, iisque, quos fortuna

illuc temere detulisset. Interim quidam

Energumenus Romæ in Ecclesia S. Petri

excla-

exclamavit: *ante dies aliquot Hilarion, Sæculum IV.*
Jesu Christi servus, in Siciliam delatus A. C. 367.
est, creditque se ibi securissime latere, sed
vado, ut ubi sit, omnibus manifestum fiat;
 & quod dixit, fecit, nam cum suis man-
 cipiis navi se imposuit, Pachinum appu-
 lit, ante casam viri Sancti prostratus ja-
 cuit, statimque eum Dæmon deseruit.
 Ab illo tempore innumerabilis multitu-
 do hominum, quos vel pietas, vel spes
 recuperandæ sanitatis adducebat, ad S.
 Senem confluebat; inter alios ex Prima-
 tibus quisquam, cum ab hydropisi fuis-
 set sanatus, pretiosa munera obtulit, cui
 vir Sanctus illud ex Evangelio respondit: *Matth. 10. 8.*
gratis accepistis, gratis date!

In alia orbis parte Hefichius, fidelis
 S. Hilarionis Discipulus, ubique Magi-
 strum perquirebat, nullus dubitans, ubi-
 cunque esset, diu latere non posse; tan-
 dem cum esset Methone oppido, quod
 hodie Modon dicitur, in extrema parte
 Peloponesi posito, quidam Judæus, qui
 vetustas, & laceras vestes vendendo qua-
 situm faciebat, ait ad eum, novum Chri-
 stianorum Prophetam in Sicilia apparu-
 isse, qui tot patraret miracula, ut anti-
 quis Sanctis æqualis censeretur. Hoc
 audito, Hefichius navi se committit, fe-
 liciter in portum Pachinum invehitur,
 dumque in primo pago agrestes interro-
 gat, miratur, omnibus Hilarionis nomen
 esse

Hist. Eccles. Tom. IV.

Q

esse

Sæculum IV. esse notissimum, hoc vero præter cæterum
 A. C. 367. ras virtutes dilaudari maxime, quod, cum

S. Hilarion.

¶ 33.

Brevi tempore deinde Hefichius ex Zonan intellexit, S. Senem apud se statuisse, in aliquam Barbarorum Regionem migrare, quibuscum ne linguæ quidem communicatio ei esset; hinc volentem deduxit Epidaurum in Dalmatia, sed & ibi brevi tempore ob miraculorum inf-

Am. XXVI. in fine.

Hier. Chron. ann. 365.

Idac. fast. an. 365. Chron.

Paschal. an. eod. p. 301.

Calendas Augusti, seu vigesima prima

Julii, Valentiniano, & Valente primo

Consulibus anno 365. contigit, cum mare,

littora supergressum, toti urbi Epidaurorum ruinam minaretur, incolæ turmatim

accurrentes Hilarionem ad oram maris secum pertraxerunt; ipse, ter cruce in

fabulo formata, manus contra mare extendit, quod illico stetit, fluctusque ad montium similitudinem extollens, in se ipsum refusum est.

¶ 34.

S. Hilarion ut prodigiose factorum famam, & gloriam vitaret, noctu in scapha auffugit, inde admissus in navem, Insulam Cyprum petebat; navigantibus duobus

pirata-

piratarum navigia occurrerunt, quibus Sæculum IV.
A. C. 367. procul inspectis, singuli, qui cum Hilarione vehebantur, consternati, ad eum decurrentes, idem omnes nuntiabant; ipse, piraticas a longe prospiciens, subrisit, aitque ad suos: *modicæ fidei homines! quid timetis? an forte isti exercitum Pharaonis numero superant?* Tum, piratis ad lapidis jactum appropinquantibus, in prora progrediens, manu contra eos extensa, ait: *satis vobis sit usque huc venisse!* statim piratarum naves, nihil ultra proficiente remigum conatu, in cursum contrarium versa, celerius, quam advecta fuerant, ad littora repulsa sunt.

In Cyprum Insulam expositus S. Hilarion in locum, duobus milliariibus a Paphos distitum, se recepit; vix autem tribus septimanis ibi moratus fuerat, jamque omnes in tota Insula, a Dæmonibus obsessi, clamabant, Hilarionem Jesu Christi Servum advenisse, ad hunc sibi esse confugiendum; plures dicebant, se hunc virum optime novisse, sed nescire, ubi sit. Per unius mensis spatium ferme ducenti energumeni ad locum, ubi habitabat, convenere utriusque sexus; ipse, ut vindictam servo Dei dignam de Dæmonibus, ubique locorum sibi molestis, fumeret, tanto ad Deum fervore oravit, ut una septimana omnes has animas infernali hospite liberaverit. Q 2 Annis

c. 35.
Vita S. Hilarionis.

Sæculum IV. Annis duobus in Cypro perman-
 A. C. 367. semper fugæ intentus, tandem ex Heli-
 chii consilio Insulam non reliquit, Ge-
 c. 36. duodecim milliaribus a mari recessit in
 asperos montes; non adeo horrida tamen
 erat loci facies, non aquæ, nec arborum
 fructus ferentium copia defuit, de quibus
 c. 37. autem gustavit nunquam. Ibi quoque
 plura edidit miracula, hinc accola
 diligentissime omnes exitus custodiebant,
 ne ipsis invitis vir tantus aufugeret. De-
 mum sciens S. Hilarion obitus sui diem in-
 stare, brevissimam epistolam sua manu
 c. 38. Hefichium, tunc forte absentem, dedidit
 quem scripsit universarum divitiarum
 suarum hæredem, nempe huic reliquit
 Evangelium suum, & vestes; tunicam
 unam hispidam, cucullum, & curtum
 pallium. Tale Hilarionis testamentum
 fuit. Cum vivus adhuc mortem suam
 prædixisset, multi pietatis causa ad eum
 venerant, quos inter erat Constantia mu-
 lier, cujus generum, & filiam a morbo libe-
 raverat, ab his omnibus vir Sanctus impe-
 travit, ut jurarent, se ne uno quidem mo-
 mento corpus suum post obitum servatu-
 ros, sed, ut erat vestitum, in horto, quem
 habitabat, terræ mandaturos. Cum jam
 expiraturus esset, apertis oculis dicere
 audiebatur: *egredere anima mea! egre-
 dere, quid times? prope septuaginta annis
 Jesu Christo serviisti, & mori times!*
 Statim

Statim deinde, ut petierat, sepultus est. Sæculum IV.
 Hesichius, qui tunc in Palæstina moraba- A. C. 367.
 tur, accepto mortis ejus nuntio in Cy-
 prum rediit, & simulans se in eodem hor-
 to sedem fixurum, gravi vitæ suæ peri-
 culo post menses decem corpus ejus ab-
 stulit. Constantia ad S. Hilarionis sepul-
 chrum vigilare consueverat, tanquam vi-
 venti colloqui, & intercessionem ejus
 apud Deum exoptare, dum autem viri
 S. corpus furtim ablatum intellexit, ipso
 temporis momento concidens, animam
 emisit. Hesichius S. Hilarionis corpus
 Majumam detulit, & frequenti Monacho-
 rum, populique concursu in antiquo ejus
 Monasterio sepelivit, vestis non magis
 quam olim detrita videbatur, corpus, ac
 si viveret, integrum, & amœnissimum
 odorem spirans; semper tamen Cyprii
 apud se viri Sancti manes commorari cre-
 debant, (*) & quamvis magna miracula
 in Palæstina, ubi Reliquiæ ejus coleban-
 tur, quotidie ederentur, adhuc plura in
 horto ejus fiebant, quem in Insula Cypro
 excoluerat. Obiit annos natus octogin-
 ta, ex quo sequitur, mortuum fuisse cir-

Q 3 ca

(*) Hic quatuor lineas omisit Interpres Pro-
 testans. Si de Reliquiis, de Miraculis, de Cultu
 Sanctorum scribere fastidiebat homo iste, cur la-
 borem in se suscepit Scriptorem Historiæ Catholi-
 cum vertendi? nempe, auri Sacra fames! &c.

Sæculum IV. ca annum 370. cum tempore, quo S. An-
 A. C. 367. tonius e vivis abiit, sexaginta quinque an-
 nos numeraret.

Sup. l. XIII.
§. 37. Pagi.
 372. II.

§. XII.

Concilium Laodicenum.

Ad hæc tempora verosimiliter refertur
 Concilium Laodicenum in Phrygia
 Pacatiana, editis sexaginta canonibus ce-
 leberrimum, qui de diversis Disciplinæ
 materiis, præcipue de ritibus, & vita Cle-
 ricali tractant. Concilium prohibet, ne
 Neo-Baptizati ad Sacerdotium promo-
 veantur; ne Ordinationes fiant in præ-
 sentia Auditorum, nempe illorum, qui in
 Ecclesia ad Catechesin, necdum vero ad
 preces communes admittebantur. Sta-
 tuit ut Electio Episcoporum non sit pene
 populorum, sed a Metropolitanis, & vicinis
 Episcopis post longam fidei, morumque
 eorum probationem eligantur. Verat-
 ne Episcopi in oppidis, & vicis constituantur,
 sed tantum Visitatores, & si jam con-
 stituti ibi fuerint, sine jussu Episcopi Ur-
 bani nec ipsi, nec Presbyteri quidquam
 faciant. Prohibet, ne in Ecclesia consti-
 tuantur mulieres, quæ Seniores, seu Præ-
 sidentes dicebantur. Hæ erant Seniores
 inter Diaconissas, & quæ ordine reliquas
 antecedeant; prohibet hanc distinctio-
 nem Concilium, quia nempe, ut conje-
 ctura est, non nullæ propter honorem ex-
 tolle-

Can. 3.

can. 5.

c. 13.

c. 12.

c. 57.

c. 11.

tollebantur. S. Epiphanius testatur, Dia-
Sæculum IV. A. C. 367.
 conissarum ordinem in Ecclesia fuisse su-
 premum, ad quem fæminæ eveherentur,
Hær. 79. n. 4.
 nunquam vero exstitisse Presbyteras, nec
 Sacerdotii posse fieri participes.

Ulterius Concilium prohibet, ne Cle-
c. 4. c. 24.
 rici usuras exigant. Ne popinas frequen-
 tent; quod etiam ipsis Monachis prohi-
 bet. Ordines Ecclesiastici, quos enume-
 rat, sunt sequentes: *Presbyteri, Diaconi,*
Ministri, seu Sub-Diaconi, Lectores, Can-
tores, Exorcistæ, Ostiarii. Prohibet Cle-
Conci-
 ricis, imo & omnibus Christianis, ne eo-
lium Lao-
 dem cum fæminis balneo utantur, qui
dicenum.
 abusus inter Gentiles communis erat.
c. 30.
 Item Clerici spectaculis, quæ nuptias, &
c. 54.
 convivia sequebantur, non adint, sed
c. 41. 42.
 surgant, & antequam saltatores intrent,
 abeant. Omnibus, qui ad nuptias invi-
 tantur, saltare prohibet, sed tantum fru-
 gale convivium, ut Christianos decet,
 permittit. Clerici sine litteris canonicis,
c. 40.
 aut Episcopi jussu profectioes non susci-
 piant. Episcopi, si ad Concilium vocen-
 tur, non illud spernant, sed veniant, ut
 doceant, & doceantur; nulla alia, quam
 morbi causa excusentur.

Quod ad preces, & Cæremonias Ec-
 clesiasticas spectat; post Sermonem Epis-
 copi statim Catechumenorum preces per-
c. 19.
 agantur. Catechumenis exeuntibus, pœ-
 nitentium preces dicuntur, accedunt pœ-
 nitentium

Sæculum IV. nitentes, & accepta manuum impositio
 A. C. 367. ne discedunt. Tunc inchoantur oratio
 nes Fidelium, quæ sunt numero tres, pri-
 ma submissa voce, secunda, & tertia alta
 voce, deinde Pax datur, quam ubi Pres-
 byteri Episcopo dederunt, etiam Laici
 dant. Post hæc Sancta oblatio celebra-
 tur, (*) & solis Presbyteris Sanctuarium
 intrare, & communicare licet. Presby-
 teri non nisi cum Episcopo Sanctuarium
 intrent, ibique sedeant, nisi forte Episco-
 pus ægrotet, aut absens sit. Diaconus
 coram Presbytero non fideat, nisi Pres-
 byter iusserit. Diaconis a Sub-Diaconis
 & omnibus Clericis honor competens ex-
 hibetur. Sub-Diaconis non sit locus in
 Diaconia, nec sacra vasa tangant. Non
 gestent orarium, nec a portis vel brevis-
 simo tempore discedant; sed orationi
 vacent. Canon iste non satis Sub-Dia-
 conos, & Ostiarios distinguere videtur.
 Lectores, & Cantores, dum cantant, Ora-
 rium non gestent. Orarium istud erat
 linteum, quod gestabant, e collo depen-
 dens,

(*) Hæc verba, & sequentia p. 257. ita red-
 dit: Und alsdenn das Geschenk gebracht wer-
 den. Nur allein den Heiligen, aber sey es er-
 laubet zum Altar zu gehen. Quoties de E-
 charistia Mentio fit, toties lectores suos turpiter
 fallit. Alios errores satis graves, quia Religio-
 nem non tangunt, memorare omitto.

dens, unde hodierna stola originem tra-
xit. Nemo in Ecclesia, aut in domibus
exorcizet, nisi ab Episcopo ordinatus.
Mulieres Sanctuarium pedibus non con-
tingant.

In Ecclesia non cantica peculiaria re-
citantur, aut alii libri legantur, quam
Canonica antiqui, & novi testamenti
Scripturae. Post hunc Canonem Conci-
lium Scripturarum Catalogum ponit, ex
antiquo Testamento libri Judith, Tobiae,
Sapientiae, Ecclesiastici, & Machabæorum
omittuntur, ex novo sola Apocalypsis non
memoratur, ex quo dispicitur, tunc tem-
poris adhuc fuisse quasdam Ecclesias par-
ticulares, quæ de librorum istorum au-
thoritate dubitarent. Nemo in Ecclesia
cantet, nisi Cantores ordinati, qui con-
scenso ambone ex libro cantent. In pre-
cibus publicis psalmi psalmis non jungan-
tur, sed post singulos psalmos lectio in-
terponatur. Die Sabbati cum aliis Scri-
pturis Evangelium legatur. Christiani
non imitentur Judæos, & die Sabbati non
ferientur, sed illa die laborent, eo quod
diem Dominicam Sabbato antepone-
&, sicut Christianos decet, hac die, si
possibile sit, omni labore abstinere oporteat.
Hæc verba, si possibile sit, indica-
re videntur, Christianos non ita stricte
ac Judæos a labore manuum abstinuisse.

Sæculum IV.
A. C. 367.

c. 44.

c. 59.

Canones
Concilio
Laodicieni.

c. 60.

c. 15.

c. 17.

c. 16.

c. 29.

- Sæculum IV. Ad festum Paschale nemo Sacramentum
 A. C. 367. charistiam in alias Diœceses mittat, tanquam
 c. 14. Eulogiam, id est, panem benedictum, quem in signum mutue commu-
 nionis mittere solebant. Clerici, autem
 c. 27. Laici, ad *Agapen* invitati, escas suas non
 asportent, ne Ecclesiæ ordo turbetur. *Agapes* in Ecclesia non agantur, nec man-
 ducandum est, aut mensæ adornandæ in
 c. 58. Domo Dei. Nec Episcopi, nec Presbyteri
 in domibus Sacrificium offerant. Per
 c. 49. quadragesimam non offeratur panis, nisi
 est, non consecretur Evcharistia nisi die-
 bus Sabbatinis, & Dominicis. Caveant
 Christiani ne jejunium quadragesimale
 c. 50. solvant, commessando die Jovis ultimam
 septimanæ, sed integra quadragesima je-
 junandum est in Xerophagia, id est, non
 c. 51. alias, quam exsiccatas carnes comedendo.
 Per quadragesimam festa Martyrum
 celebranda non sunt, sed diebus Sabbati-
 & Dominicis eorum agenda commemora-
 ratio. In quadragesima nec nuptiæ, nec
 c. 52. festa natalitia celebrentur.
- Post alteram quadragesimæ septima-
 nam nemo ad baptismum admittatur.
 Quia totum quadragesimale tempus Ca-
 techumenorum examini erat destinatum.
- c. 46. Candidati Symbolum discant, atque illud
 coram Episcopo, aut Presbyteris Die Jovis
 majoris hebdomadæ recitent. Qui
 c. 47. morbi causa baptizati fuerint, si convalescant

lescant, Symbolum discant, & quantam a Deo gratiam acceperint, agnoscant.

Sæculum IV.
A. C. 367.

Qui baptizati sunt, deinde unctionem cœlestem accipiant, & Regni Jesu Christi participes fiant. Peccatores, qui in oratione, & exercitiis pœnitentiæ perseverarunt, atque signa perfectæ confessionis dederunt, eo quod Deus misericors est, ad Communionem admittantur, postquam eis tempus agenda pœnitentiæ, delicto commensuratæ concessum fuerit. Qui secundas nuptias libere, & legitime non autem clandestine inierunt, post modicum tempus jejuniis, & orationibus datum, indulgenter ad Communionem admittentur. Christiani liberos suos indifferenter cum hæreticis matrimonia contrahere non patiantur.

Concilium Laodicenum.

c. 48.

c. 2.

c. 1.

c. 10. 31.

c. 6.

c. 9.

c. 34.

c. 32.

c. 33.

c. 7.

zent,

Sæculum IV. zent, tunc quos Fideles vocant, postquam
 A. C. 367. fidei Symbolum, didicerint, & unctionem

Sacram acceperint, SS. Myfteriorum par-

c. 35. ticipes fient. Montanistæ, quamvis in
 ordine Clericorum sint, & inter suos spe-

Canones baptizabuntur. Hic videmus, quod Mon-
 Laodicensi. tanistarum, & non aliorum baptismus

rejjiciatur. Post canonem, quo ad falsos
 c. 35. hæreticorum Martyres converti prohibe-

tur, iste sequitur; Christiani Ecclesiam
 Dei non deserant, ut Angelos invocent

& prohibita conventicula agant; si qui
 ergo occultæ huic Idololatriæ deditus de-

prehendatur, anathematizetur, quia a Do-
 mino nostro Jesu Christo defecit. Quos-

dam illa tempestate adhuc hæreticos ju-
 daizantes in Phrygia, & Pisidia invenit

erat, qui, adorandos esse Angelos, per
 quos lex data esset, affirmabant; dice-

bant, cum Deus invisibilis, & incompre-
 hensibilis esset, preces nostras ad eum

pervenire non posse, sed per Angelos no-
 bis propitium esse reddendum. Hæc

Theodoretus, qui ferme sexaginta post
 hoc Concilium annis vivebat, refert, at-

que suo ævo in illarum Provinciarum fi-
 nibus adhuc oratoria S. Michaelis visi-

fuisse, testatur; hunc igitur Concilii Lao-
 dicensi Canonem istorum hæreticorum

causa conditum putat, & subjungit, Con-
 cilium

cilium, ut huic inveterato malo medere-
 tur, prohibuisse, ne relicto Jesu Christo
 Angeli invocentur, nempe, Ecclesiam il-
 los damnasse, qui, excluso Jesu Christo,
 Angelos exorabant, eosque tanquam ul-
 timum cultus sui finem considerabant,
 credentes, orationes suas usque ad Thro-
 num Dei penetrare non posse; qui suo
 arbitrio oratoria S. Michaeli, ut populi
 Dei Protectori, non vero Jesu Christo
 in S. Michaelis Servi ejus memoriam ex-
 struebant.

Sæculum IV.
 A. C. 367.

Perron. re-
 plique p. 914.

Sequens Concilii Laodicensi canon
 Presbyteris, & Clericis prohibet, ne sint
 Magi, incantatores, Mathematici, seu
 Astrologi, ne faciant figuras, aut vincula
 veneficiis apta, jubetque, ut qui talia apud
 se gestant, ab Ecclesia ejiciantur. Mu-
 nuscula Judæorum, aut Paganorum, quæ
 diebus apud ipsos festis mittere solebant,
 non accipiantur, nec festa in eorum socie-
 tate celebrentur. Speciatim prohibetur,
 ne quis azymos panes, quos Judæi per
 festa sua Paschalia distribuere consueve-
 rant, acceptat. Tandem ne quis Genti-
 lium solemnitatibus intersit. Hi sunt Con-
 cilii Laodicensi Canones, quos tota anti-
 quitas venerata est.

c. 36.

c. 37.

c. 38.

c. 39.

§. XIII.

Persecutio restauratur.

Cum Valens Imperator duobus annis
 bellum *Anm.* XXVII. c. 5.

Sæculum IV. bellum Gothis intulisset, ipsi attritu
A. C. 369. viribus pacem postularunt, quam ipse
 anno tertio concessit, Valentiniano ju-
 niore, & Victore Consulibus, scilicet an-
 no 369. Illo circiter tempore Valen-
 Tomos venit, urbem amplissimam, Scy-
 thiaæ Metropolim, Romanis subjectam, in
 ora Ponti Euxini versus Danubii ostia
 positam. Scytharum Episcopi Sedes hæc
 erat, nam quamvis urbes plurimas, arces
 & oppida tenerent, tamen more majorum
 unus totius nationis erat Episcopus.
 Is tunc Britannion, seu Vetrannion voca-
 batur, in fide Catholica zelosissimus.
 Valens ubi Tomos pervenit, & in Eccle-
 siam delatus est, Episcopo, ut solebat, per-
 suadere nitebatur, ut cum Arianis com-
 municaret; at Britannion viriliter resistit,
 fassus se fidei Nicænae Defensorem esse,
 eaque, ad quam venisset Imperator, Eccle-
 sia relicta, in aliam se contulit. Secutus
 est Episcopum populus, nempe tota
 ferme civitas, quæ, ut videret Impera-
 torem, confluxerat; hoc quoque plurimum
 morum suspenderit animos, quid in hoc
 rerum articulo Episcopus esset facturus.
 Valens, desertum se solum cum familia-
 rium comitatu, impatientissime tulit; Brit-
 tannionem comprehensum, & in exilium
 missum, post breve tempus revocavit,
 quippe metuebat Scythas, fortissimam
 gentem, & Romanis ad defendendos Im-
 perii

Zosim. 4. 4.
v. Chr. Cod.
Theod. v. Pa-
gi. an. 369. 1.
Sozom. VI.
c. 21.
Theod. IV.
c. 35.

perii fines necessariam. S. Bretannion Sæculum IV.
25. Januarii in Ecclesia honoratur. A. C. 370.

Pace cum Gothis inita, Valens, Con- Martyr.
stantinopolim reversus, reliquum tem- Philost. 9.
pus anni 369. ibi transegit. Anno 370. n. 5.
ineunte Constantinopoli Antiochiam pro- Socr. IV.
fectus est, bellum, ante triennium adver- c. 14.
sus Persas coeptum, profecuturus; cum Philost. IX.
in via esset, Nicomediæ obitus Eudoxii n. 8.
Episcopi Constantinopolitani Ariani nun-
tiatur. Is primum Episcopus Germani-
ciensis in Syria per annos circiter octode-
cim fuerat, tum Sedem Antiochenam per
annos duos tenuit, tandem Constantino-
polititanam annos undecim ab anno 360.
usque ad annum 370. Ariani in ejus lo- Sup. I. XIV.
cum suffecerunt Demophilum, Thessalo- S. 23.
nicæ natum, & prius Episcopum Bereæ Philost. IX.
in Thracia, illum ipsum, qui sub Const- n. 10.
antio Liberium Papam in lapsum impule- Demophilus
rat. Probata est ejus Electio Imperato- Constant-
ri, ipse vero ordinatus est a Theodoro, nopolitanus.
seu Dorotheo Heracleensi, nam qui Se-
dem Heracleensem tenebat, gaudebat
ea prærogativa, quod ei competeret Epis-
copum Constantinopolitanum consecra-
re, eo quod Heraclea olim hujus urbis
Metropolis fuisset. In Demophili ordi-
natione loco solitæ acclamationis: *Axios.*
Id est: dignus, multi clamavere *Ana-*
rios: indignus. Catholici, occasione Soz. VI.
usuri, Evagrium in Episcopum Constanti- c. 13.
nopoli-

Sæculum IV. nopolitanum elegerunt, quem quidam
A. C. 370. Episcopus, nomine Eustathius, ordi-
 navit.

Ex hac ordinatione Ariani novam Ca-

Socr. IV. tholicos persecuendi ansam arripuerunt.

c. 15. Imperator Valens, ubi ea, quæ Constan-
 tinopoli facta essent, rescivit, timens po-
 puli seditionem, partem copiarum Nico-
 media illuc misit cum mandato, captos
 Evagrium, & Eustathium in diversa rele-
 garent, quod etiam executioni datum
 Evagrius in exilio obiisse creditur, cuius

*Martyr.
 Rom.*

Ariani, Imperatoris favore elati, Catho-
 licos vexare, insectari, contumeliis, & ve-
 beribus afficere, in carceres detrudere,
 obtorto collo in iudicium trahere, mul-
 ctas extorquere cœperunt. Hujus perse-

Mart. Rom. cutionis Martyribus accensetur S. Eulogius
3. Julii Me- cum pluribus aliis, quorum memoria
mol. eod. tertia Julii Ecclesia agit. Catholici, ut huius
Socr. IV. calamitati remedium impetrarent, Le-
c. 16. gationem ad Imperatorem miserunt octo-

ginta Clericorum, quos inter Urbanus
 Theodorus, & Menedemus erant præci-
 pui. Dum Nicomediæ advenerunt, in
 bellum supplicem Imperatori tradide-
 runt, quo Catholicorum justæ querelæ
 exponebantur. His precibus Valens ad
 vehementem iram concitatus, tamen, ne
 seditio commoveretur, dissimulavit, clam
 vero Modesto Prætorii Præfecto impera-

vit, ut Legatos hos omnes occulte per-
deret; ergo Præfectus simulabat, velle
se, ut in exilium deportarentur; quam
Sententiam ipsi forti animo exceperunt.
At eos navi imponi iussit, non saburratæ,
nautis clam monitis, ut ubi in altum pro-
cessissent, flammam subjicerent, quod hoc
modo effectum dederunt; omnes Cleri-
ci delegati navigio impositi sunt, quasi
ad exilii sui locum devehendi, dum vero
in medio sinus Astaceni, in cujus angulo
Nicomedia sita est, vela faciunt, nautæ
navigium incendunt, ipsi in scapham,
quæ præparata sequebatur, insiliunt, &
avehuntur. Vehementius forte spirans
Eurus ardens navigium usque ad portum,
qui Dacidiza dicebatur, in ora Bithyniæ
impulit, ubi totum consumptum est. Hoc
fuit Martyrii genus octoginta Clerico-
rum, quorum memoriam Ecclesia quin-
ta Septembris agit. In tantæ crudelita-
tis ultionem immissa coelitus fames cre-
dita est, quæ hoc anno Phrygiam, & cir-
cumjacentes Regiones afflixit, & multos
incolas e patria migrare, atque Constanti-
nopolim, vel alias urbes petere coegit.

Sæculum IV.
A. C. 370.

Theod. IV.
hist. c. 24.

Mart. Rom.
Menol.

Socr. ibid.
Hier. Chr.

§. XIV.

S. Basilus Valenti resistit.

Ex Bithynia Valens in Galatiam venit,
ubi, nemine resistente, vastavit Ec-
clesias. Eadem ratione in Ecclesiis Cap-
pado-

Greg. Nyss.
contr. Eun.
I. p. 48.
Sozom. VI.
c. 15.

Hist. Eccles. Tom. IV.

R

pado-c. 15.

Sæculum IV.

A.C. 370.

Sup. l. XV.

§. 14.

padociæ, quidquid voluisset, facturum se sperabat, quod sciret, ante aliquot annos discordiam natam inter Eusebium Cæsariensem, & S. Basilium, ex cujus parte primores illius Provinciæ stabant. In ipsum, quod Basilium discessisset, invidiam creabat Episcopo, quem temere schismati causam dedisse credebant, & ab eo defecturi videbantur. S. Basilium interea in Ponto tranquillæ solitudinis quiete fruebatur, vitæ Monasticæ exercitationibus vacans. Initio S. Gregorius Nazianzenus ibi cum amico suo morabatur, cumque eum Episcopus Eusebius ut Conventibus Ecclesiasticis interesset invitaret, eidem, ut Christianum Philoophum decet, rescripsit: *Injuriam, quam fratri meo Basilio intulisti, dissimulare aut ferre non possum, dum enim me honoras, & ipsum spernis, idem facis, ac si ex juspium vultum manu sinistra mulceres, & dextra alapam impingeres. Crede mihi, si ei satisfacere, & ipse satisfaciet tibi. Cæterum tam parum ego a Basilio avellor, quam umbra a corpore solet.* In quo anno hanc epistolam Eusebius tulit, verum tamen sequenti tempore S. Gregorius Episcopi animum mitigavit, & ingruente persecutione, ad eum venire promissit, ut solaretur, & auxilio esset; tum videns omnem animi commotionem esse sedatam, ad S. Basilium scripsit, exhortans

ep. 169. 170.

ep. 19.

tans, ut prior reconciliationem peteret, Sæculum IV. A. C. 370.
 nec in isto humilitatis certamine vinci se sineret; subjungit, id quoque temporis illius rationem exigere. *Hæretici, inquit, in Ecclesiæ excidium conjurarunt, quidam advenērunt, plures alios adventuros, dicunt, sana periclitatur Doctrina. Si e re esse putes, ut tibi me socium jungam, non recuso.* Atque omnino, hac Greg. or. 20. p. 337.
 cura in se suscepta, Basilium, non multum Sozom. VI. c. 15.
 reluctantem, reduxit. Itaque S. Basilii relicta solitudine ex Ponto Cæsaream rediit, quamprimum rescivit, Imperatorem, Episcopis Arianis ubique comitantibus, huic urbi appropinquare, nam, Basilio absente, facilius se aliis, quod cuperet, persuasurum speraverat; jam vero præsentem Valens, ut in suam sententiam adduceret, omni conatu adlaboravit, minis Greg. Nyss. p. 49.
 non pepercit, sed & blanditias adhibuit, summam gratiam promittens, & supremas in Ecclesia Dignitates. Econtra S. Basilii Valentem, & qui comitabantur Episcopos exhortari, ut agnoscerent errorem, pœnitentia delerent, Dei servos persequi desinerent, contra quos hominum vanæ essent sine viribus iræ. Greg. or. 20. p. 339.
 Omnis immemor simultatis, Episcopo Eusebio se junxit, ut communi hosti fortius resisterent. Omnem Divisionis, & scandalali causam inter Catholicos sustulit, tandemque effecit, ut Imperator, ejusque

R 2

Episco-

Sæculum IV. Episcopi Ariani, perdita opera, recedere cogentur; S. Gregorio Nazianzeno **A. C. 370** cut in labore, ita & in victoriæ laude non ultimæ partes fuere.

Ibid. p. 340. Exinde S. Basilius sincerissimo affectu Episcopo suo serviebat, ut omnis tolleretur inimiciæ suspicio, seque obedire Superioribus didicisse omnibus demonstraret. A latere Eusebii non avellebatur, jam informabat, jam quid faciendum monebat, jam imperata exequebatur, suo Episcopo omnia factus; domi Consiliarius fidelis, foris Minister solertissimus; quamvis secundum teneret in Ecclesia ordinem, utpote Presbyter, summa tamen auctoritate pollebat, cum ipsi

Sup. L. XV. ipsum Episcopum regeret. Quippe Eusebius paucis annis Episcopus, & statim **n. 13.**

S. Basilius. post baptismum ordinatus, necdum totum hominem sæcularem exuerat, nec satis erat in rebus spiritualibus exercitatus, ut hisce turbulentis temporibus Ecclesiam sine adjutore gubernaret. Alterius ergo indigebat auxilio, quo etiam lætus, & sine æmulatione utebatur, auctoritate, qua gauderet Basilius, suam confirmari ratus. S. Basilius non uno tantum modo Ecclesiæ utilissimam navabat operam; virili audacia Magistratibus, & viris potentissimis loquebatur. Dissidentium civium componebat lites. Pauperibus in necessitatibus corporali-

bus,

bus, & spiritualibus subveniebat; fame-
 licos alebat, hospites suscipiebat, Virgi-
 num, Monachorumque curam gerebat,
 idque ex eo cognoscitur, quod iis Regu-
 las partim scriptas, partim traditione
 communicaverit. Preces, & officium
 Altaris ipse ordinabat, quod nobis S. Gre-
 gorius Nazianzenus testatum facit, atque
 his verbis illam Liturgiam denotare vi-
 detur, quæ ab omni antiquitate S. Basilio
 tribuitur, hodieque in Ecclesiis Orienta-
 libus usui est, quamvis longa temporum
 successione non nulla fuerint immutata.

Sæculum IV.
 A. C. 370.

S. Basilius nunquam luculentius per-
 fectæ charitatis signa edidit, quam dum
 Phrygiam, vicinasque Provincias hoc an-
 no 370. fames extrema pressit; tanti ma-
 li in Cappadocia nulla apud senes erat
 memoria; quod urbi Cæsariensi, longe
 a mari dissitæ, eo gravius accidebat, quo
 minus quidquam auxilii a commercio
 maritimo haberi poterat. Quibus fru-
 mentorum adhuc copia erat, ut fieri as-
 solet, non solum nulla in miseros commi-
 seratione movebantur, sed etiam quæ-
 stui crudeliter intendebant; tamen S. Ba-
 silius rogando, & exhortando eo divites
 permovit, ut horrea aperiri permitte-
 rent; tum ipse populum, fame pene exa-
 nimatum, collegit, & ahenis, quibus le-
 gumina, & carnes sale conditæ, coque-
 bantur, inferri iussis, linteo præcinctus
 R 3 suis

Greg. Naz.
 or. 20. p. 341.

Sæculum IV. A. C. 370. suis manibus escas dividebat, servis, amicisque adjuvantibus, quam eleemosinam piis colloquiis, ut & animæ nutrentur, condiebat.

Epist. 62.

Circa illud tempus urbes Ancyra, & Neo-Cæsarea Pastoribus suis per obitum privatae sunt. Ad has Ecclesias S. Basilius consolatorias dedit, magnis elogis defunctorum Episcoporum ornatas; Episcopus Neo-Cæsariensis fuerat Mulsianus, quem S. Basilius veritatis columnam Legum Paternarum Custodem, & omnis novitatis inimicum appellat. *Inquit: antiquæ Ecclesiæ figura cernitur, atque in ejus societate cum iis te vere credidisses, qui ante nos ducentis annis Ecclesiam rexerunt.* Huic urbi gratulatur, quod a tempore S. Gregorii Thaumaturgi usque ad hunc Episcopum Sanctos semper Pastores sortita fuerit. Deum hortatur, ut defuncto Successorem eligant sine ambitu, & factionibus, solum bonum commune, a quo bonum singulorum dependet, sibi ante oculos mentis ponant.

Sup. l. XIV. §. 18. ep. 67. ep. 53. Episcopus Ancyranus fuerat Athanasius, anno 360 in Concilio Constantino-politano Basilio suffectus. Hujus mortem S. Basilius vehementer luget, mortuumque encomiis extollit, mente eo magis sincera, quod Athanasius leviuscule S. Basilii fidem aliquando suspectam habuerit. §. XV.

§. XV.

Sæculum IV.
A. C. 370*Mors S. Emmelice. S. Cæsarii.
Et S. Gorgoniae.*

Episcopis defunctis Successores electi Greg. Nyss. vita S. Macr. p. 186. v. Pagi. an. 379. n. 8.
 fuerant; interim S. Basilus S. Eusebio Samosateno obitum Matris suæ S. Emmelice per litteras nuntiavit; mortua est annis plena in Monasterio, quo cum filia sua S. Macrina secesserat. Tunc non plures, quam duos liberos apud se habebat, S. Macrinam ex omnibus primogenitam, & S. Petrum, postea Episcopum Sebastenum, liberorum suorum decimum, & ultimum; cum juxta lectum ex utroque latere starent, utramque prolem altera manuprehendens, dixit: *Domine! offero tibi secundum legem tuam liberorum primicias, & decimas.* Greg. ibid. p. 201. Mart. Rom. Sepulta est penes Maritum suum in Ecclesia quadraginta Martyrum septem, vel octo stadia, id est, quartam leucæ partem a Monasterio distante. Ecclesia trigesima Maji ejus colit memoriam. Matris mortem S. Basilus majori luctu profecutum fuisse, quam tanti viri ætatem, & sanctitatem deceret, non nulli arbitrati sunt. Tunc a morbo convalescebat, quo ferme ad extrema deductus fuerat, atque summæ hiemis rigor discrimen auxerat. Status etiam in quo Dei Ecclesiam confi-

Sæculum IV. Cæsari noverat, nihil solatii, sed graviorem
A. C. 370. luctum ægrotanti creaverat.

Greg. or. 10.
p. 168.

Circa idem tempus S. Gregorius Nazianzenus fratre suo Cæsario, & Gorgonia Sorore orbatus est, quos Ecclesia Sanctis accenset. Cæsarium, honorifice aulam Joviani revocatum, Valens Imperator Quæstorem, seu ærarii in Bithynia, ubi habitabat, Præfectum constituerat: hoc fratris honore non modo non delectabatur S. Gregorius, sed negotiis secularibus implicatum dolebat, quibus ut expediret, fraterne hortabatur; bonum consilium sequi cunctantem superveniens casus impulit, nempe terribilis terræ motus,

Id. Carm.
p. 34.

quo reliqua exstantia urbis Nicæe undecima Octobris anno 368. subversa sunt. Cæsarius ferme solus inter viros omnes urbis præcipuos salvatus est, verum tamen bonorum suorum partem perdidit, & ipse ruinis ita involutus est, ut res prodigio simillima fuerit, quod leviter tantum vulneratus, evaserit. Tunc ergo totum se Deo dedere statuit, at modico post tempore humanis excessit, cum paulo ante Baptismo fuisset ablutus; nec

Or. 10. p. 173

uxorem habens, nec liberos, bona sua reliquit pauperibus. Fratri S. Gregorius oratione funebri coram Patre, & Matre parentavit. Ecclesia Græca memoriam Cæsarii nona Martii, & Latina 25. Februarii celebrat. Soror eorum

S. Gor-

S. Gorgonia non diu supervixit, in cuius ^{Sæculum IV.} etiam funere S. Gregorius peroravit, at- ^{A. C. 370.}
 que defunctæ laudes congrue celebrans, ^{181.}
 perfectum virtutis Christianæ exemplum ^{Or. II. p. 181}
 omnibus nuptis exhibuit; tantum Gor- ^{182.}
 goniæ erat collectionis, & modestiæ stu-
 dium, ut vel subrisisse crimen putaret;
 oculos, auditum, sensus omnes custodie-
 bat. Muliebrem cultum, cuius fœminæ
 studiosissimæ sunt, negligebat, sed cura-
 bat decorem Ecclesiarum. Quamvis ma-
 gna esset ingenii capacitate, prudentia
 tanta, ut omnes suæ Provinciæ consilio
 adjuvaret, atque de SS. Mysteriis Reli-
 gionis partim ex librorum sacrorum le-
 ctione, partim propriis meditationibus
 profundam scientiam acquisivisset, silen-
 tium tamen amabat, & summa industria
 opera sua bona occultabat, magis cupiens
 sancta esse, quam videri. Domus ejus
 omnibus virtutem amantibus patebat.
 Reverenti in Sacerdotes erat animo, af-
 flictis compatiebatur, pauperibus, præ-
 sertim viduis, largissime necessaria ero-
 gabat. Fervide, attente, & frequenti
 genuflexione orabat, tota lacrymis per-
 fusa; orationi jejunia, & vigiliis junge-
 bat, quibus omnibus jugis Psalmodia ad-
 denda; Non ante tamen quam versus
 vitæ finem baptizata est, sed antequam
 moreretur, summo solatio fuit, quod ma-
 ritum, filios, nepotesque eadem gratia a
 R 5 Deo

p. 185.

Sæculum IV. Deo donari vidisset. Tanta fuit in Deum
 A.C. 370. fiducia, ut, cum aliquando periculose ce-
 cidisset, ne modestia læderetur, ope me-
 dicinæ uti recusaverit, factumque, ut se
 p. 185. ne humano auxilio, & non sine prodigio
 sanaretur. Alio tempore gravi morbo
 afflicta, medicis de ejus salute desperan-
 tibus, caput altari imposuit, cœpitque o-
 rare cum clamore, & copiosis lacrymis
 ex quibus, iis admixtis, quæ de Antity-
 pis pretiosi corporis, aut sanguinis, id est
 Sacræ Evcharistiæ, reservare potuerat,
 unctionem sibi composuit, & ecce! illico
 incolumis in domum suam rediit. Hic
 autem antequam baptizata fuerit, con-
 tingere non potuit, cum nunquam in
 Fidelibus baptizatis Evcharistiam præbe-
 re mos fuerit. (*) Talis fuit vita S. Gre-
 gonîæ, cujus memoriam Ecclesia nostra
 Dec. colit.

§. XVI.

*Monachi Nazianzeni cum Episcopo
 reconciliantur.*

Tunc temporis S. Gregorius Nazian-
 nus cum Patre erat, senectutis ep-
 fulcrum, atque, cum esset Presbyter, pa-

(*) Hic iterum Protestans noster decem
 ones, in quibus de Sacra Evcharistia bis mem-
 recurrit, pagina sua 265. omisit. Duos alios
 rores fileo.

tem oneris Episcopalis ferebat. Inter Sæculum IV. prima, quæ Patri præstitit obsequia, illud A. C. 370. est, quod ei Monachos reconciliaverit, qui, postquam formulæ Ariminensi subscripisset, ab ejus Communionem recesserant. Inter hos Monachos nonnulli pietate, & Doctrina eminebant, quales erant Cleonius, Eulalius, & Carterius. Cleonius aliquando in aula inter Proceres effulserat, tum, omnibus bonis suis inter pauperes distributis, in solitudinem concessit; Presbyter ordinatus, semper S. Gregorio filio amicitia junctissimus fuit. Eulalius ille est, quem Gregorius defuncto Parente suo Episcopum Nazianzenum ordinari curavit, is affinitate Gregorium contingebat, habebatque fratrem, nomine Helladium, qui simul cum eo vitam solitariam amplexus, haud diu postea vita functus est. Carterius ille fuisse creditur, qui Monasteria Antiochena cum Diodoro rexit, & S. Chrysostomi Magister extitit. Hi fuere cœnobarum præcipui, qui a Communione Episcopi Gregorii abstinuerant; ipsorum auctoritatem populi pars fuerat secuta, atque eo usque creverat contentio, ut sibi Presbyteros ab aliis Episcopis ordinari petierint, qui sibi sancta Sacramenta administrarent.

S. Senex hos Monachos precibus, exhortationibus, mansuetudine ad se reducere

A. C. 370.

Greg. carm. 47. p. 107.

Greg. ep. 195

ad Lolle.

p. 105. ad

Cæsar.

Socr. VI. c. 3

Sozo. VIII.

c. 2.

Sæculum IV.
A. C. 370.

*Vita Greg.
Naz.*

Or. 19. p. 297

*Orat. 12.
p. 202. 203.*

cere conabatur, hanc gratiam a Deo, at-
tequam longissimam vitam finiret, expo-
scebat. Non minori, quam Pater suus
hujus unionis procurandæ desiderio te-
nebatur filius, hic dolor diu, nocturne
animum lancinabat, nec jam pietatis ex-
ercitia solatio erant, cum nunquam non
charissimorum fratrum recordaretur, qui-
buseum olim his exercitiis suavissima lo-
cietate vacaverat. Toto illo tempore
siluit, nec unquam publice dixit; tan-
dem Parenti persuasit, ut veniam facer-
peteret, & claram fidei suæ Confessio-
nem daret; tunc vero solitarii, & quorundam
eorum auctoritatem secuti fuerant, suscipi-
cione, quam de S. Sene conceperant, ab-
sterfa, fidem ejus semper fuisse purissimam
agnoverunt; ipse redeuntes summo gaudio
recepit, & Presbyteros ab aliis ordinatos
ad Communionem admitti fecit; hujus recon-
ciliationis lætitiâ Gregorius filius excellentis-
sima oratione celebravit, in qua inter alia hæc
habet, reconciliationes, quas nova dissidia
sequuntur, ipsis divisionibus pejores esse
quia sinceræ, & duraturæ pacis spem omnem
tollunt; aliquam etiam pacis speciem malam
esse, & quandoque divisionem prodesse;
quando manifesta est adversæ partis impietas,
intrepide per arma, per ignes potestatibus
esse occurrendum, & præter Deum timendum
nil;

hil; quando autem suspicionibus agimur, expedire, ut totius corporis unitas seruetur, sicque alter alterum labentem erigat, ne temeris judiciis charitas solvatur, aut quis dum fratrem corripit, tyrannorum potius, quam fratris more imperet.

Sæculum IV.
A. C. 370.

S. Senex Gregorius morbo tentatus est; jamque omnes actum esse de vita jus credebant. Violenta febris intestina ardebant, deficiebant vires, nec alimentis, nec somno levabatur, palpitabat cor, angustia undique; guttur ulceratum vix aquæ guttas recipere poterat; nihil ars medicorum, nihil domesticorum industria juvabat; jamque neminem adstantium valens agnoscere, exspiraturus videbatur. Nox erat Paschalis; Gregorius filius, Nonna mater ejus, omnes Clerici, & populus in Ecclesia orabant, dolore mortis ejus tantæ festivitatis temperante lætitiâ. Cum celebrandi Mysteriorum hora advenisset, S. Senex leviter movere se cœpit, voce admodum debili famulum vocat, jubetque, ut accedat, vestes ministret, & manum porrigat, hic attonitus imperata facere festinat, tum S. Episcopus, famulo innixus, e strato surgit, languentes manus ad orandum extendit, atque, ut potest, paucis verbis Mysteriorum per-

Sæculum IV. peragit, (*) populo, in Ecclesia oranti
 A. C. 370. Spiritu unitus; pronuntiatis de more
 Eucharistiæ verbis, dataque populo Benedictione, rursus in lectum se demittit, modicum cibi capit, dormit, sensimque convalescit, ita ut Dominica, quæ est octava Paschæ, & jam tum Dominica nova, seu renovationis nominabatur, sicut hodieque in Ecclesia Græca nominatur illa, inquam, Dominica in Ecclesiam cum omni populo ad offerendum Sacrificium venerit. S. Gregorius junior hanc sanctitatem publice tanquam evidens miraculum narrabat.

§. XVII.

S. Basilius eligitur Episcopus Cæsariensis.

Greg. Naz. or. 19. p. 910. p. 342. Vita Greg. Mart. Hier. & Usuard. 21. Jun. Eusebius Episcopus Cæsariensis in Cappadocia, haud multo post tempus quam Valens Imperator ejus Ecclesiam aggressus fuerat, obiit, cum tam in hæc Valentis, quam Juliani persecutione viriliter decertasset. In quibusdam Martyrologiis adscriptus est Sanctis; at imperite cum Eusebio Cæsariensi in Palestina confunditur. Ipso elato, Ecclesia Cæsariensis

(*) Hæc verba Protestans pag. 266. omittit. Cæterum hoc antiquissimum Missarum privatum Exemplum, sicut id etiam Anonymus I. conservat, contra Protestantes inexpugnabile est.

Cæsariensis in Cappadocia simili periculo Sæculum IV,
A. C. 370.
 exposita fuit, quale in ejus Electione ef-
 fugerat; hæretici æquis oculis videre
 non poterant, hanc Ecclesiam semper fi-
 dem servasse Catholicam, atque mem-
 brorum unione fuisse firmatam. Hæc
 Sedes nulli in toto Oriente amplitudine
 cedebat, totius Cappadociæ Metropolis,
 & forte omnis illius Regionis, quæ Dic-
 cesis Ponti in Regimine Politico diceba-
 tur, id est ultra mediam partem Asiæ mi-
 noris Caput. Clerici Cæsarienses de
 more ad Episcopos Provinciæ litteras
 dedere, qui advenerunt Episcopum ele-
 cturi.

S. Episcopus Nazianzenus, cum cœ-
 teris ad Electionem vocatus, timuit, ne
 per ætatem decrepitam & morbum, qui
 supervenerat, illuc deferri non posset,
 hinc Clero, populoque Cæsariensi scri-
 psit in hunc modum: *Exiguus pastor sum
 exigui gregis, sed Dei Gratia locorum
 angustia non coarctatur; ergo etiam pu-
 sillis libere loqui liceat. Hic agitur de
 bono Ecclesiæ, pro qua JESUS CHRISTUS
 mortuus est. Lucerna corporis humani
 oculus est, Episcopus vero Ecclesiæ. Cum
 me secundum Canones vocaveritis, & ego
 senectute, & morbo impediatur, si nihilomi-
 nus Spiritus S. mihi vires contulerit, ut
 ipsus Electioni assistam, nam nihil Fide-
 libus incredibile est, nihil mihi aut jucun-
 dius,*

Greg. or. 19.

p. 311. ap.

Greg. ep. 22.

Luc. 11. 34.

Sæculum IV. dius, aut optatius accidere poterit, si in
A. C. 370. firmitate detinear, ad Electionem, quam
 tum absens possum, confero. Nullus de-
 bito, quin in tam ampla Civitate, cui tan-
 ti Præsules præfuere, plures alios inven-
 ire sit, primo gradu dignos, ego autem nu-
 lum alium charissimo filio nostro Basilio
 Presbytero præferre possum; vir est, cu-
 ram Deo dico, cujus vita, & doctrina
 purissimæ sunt, atque si non solus, saltem
 inter cæteros aptissimus, qui hæreticos
 opponat, grassantemque hodie linguarum
 intemperantiam comescat. Hæc autem
 Clericis, Monachis, Magistratibus, Sena-
 tui, & cuncto populo scribo. Si suffra-
 gium meum tanquam bonum, & a DEO
 proveniens vobis probatur, præsens sunt
 Spiritu, vel potius jam imposui manus,
 si alia vobis sententia est, si factionibus
 agitur, si quod uni familiæ utile est, be-
 nesto præfertur, si prævalente tumultu ho-
 ges silere coguntur, quod lubet, facite,
 nulla mihi pars sit cum iniquis!

Ap. Basil. S. Senex Gregorius etiam S. Eusebio
 ep. 4. Samosateno scripsit, opem ejus in ista oc-
 S. Basilio catione imploravit, quamvis alterius es-
 Electio. set Provinciæ, & quantum Ecclesia Cæ-
 sariensis sub hæreticorum machinationibus
 periclitaretur, exposuit. S. Eusebius
 Greg. ep. 29. Samosatenus Cæsaream se contulit, cu-
 jus præsentia Catholicis solatium attulit,
 & constantiam suggestit. Nam quam

vis S. Basilius luculentissime esset omnium dignissimus, qui Sedi Cæsariensi imponeretur, illius Regionis Primates ejus Electioni adversabantur, quorum factionem ferocissimi de populo roborabant, jamque Episcoporum partem in suam sententiam adduxerant. Cum essent ad Electionem congregati, Episcopo Nazianzeno scripserunt, atque, ut veniret, invitabant ea verborum ambiguitate, ut facile intelligeret, gratius se illis facturum, si emaneret; respondit, se eorum voluntatem clarissime percepisse, deinde, sicut Clericis, & populo Cæsariensi scribens fecerat, declarat, se suum suffragium Basilio Presbytero, utpote dignissimo dare, atque contra Electionem malis artibus efficiendam protestatur. Si vero, inquit: *quisquam dicat, Basilio infirmam valetudinem obstare, cogitate, non jam vobis gladiatore robusto, sed Episcopo, & Fidelium Doctore opus esse.* Non satis fuit scripsisse, sed sciens Gregorius, unam ad Canonicam Electionem deesse vocem, non ætatem suam, non morbum, quo pene conficiebatur, attendit, sed exurgens e lecto Cæsaream devehit, felicitissimum se æstimaturus, si in pio conatu emoreretur. Itaque S. Basilius electus est, & Episcopus Cæsariensis in Cappadocia canonice ordinatus. Ecclesia hanc ordinationem 14. Junii memorat.

Hist. Eccles. Tom. IV. S §. XVIII.

Sæculum IV.
A. C. 370.

Greg. or. 20.
p. 340.

Or. 19. p. 311

Sæculum IV.
A. C. 370.

§. XVIII.

S. Basilii vita in Episcopatu.

Greg. Naz. or. 19. p. 312.

Sanctus Senex Gregorius, quasi per miraculum sanus, & firmus Nazianzum reversus est. Episcopi Basilio contrariis iniquo animo victoriam ejus ferebant atque pudore, & indignatione concitata convitia coram ingerebant; eorum iracundiam Gregorius patientia superavit, & in rei summa vicisse contentus, sinebat, ut iram verbis effunderent; cum tempore adversariorum indignatio versa est in admirationem, atque exinde Gregorium tanquam communem arbitrum, & Patriarcham coluere.

Id. or. 30. p. 334.

Eandem agendi rationem S. Basilii tenuit; irritatos animos sanavit non serviliter assentando, sed nobili, & benedicta indole, non tam presentia cogitans quam futura, animosque ad præstandam sibi obedientiam præparans; nulla fraude utebatur, ut sibi reluctantes submitteret, sed amicitia devinciebat, satis esset ratus, si ostenderet, posse se quidem refractarios punire, sed nolle. Pauca loquebatur, faciebat multa. Omnes summo viri ingenio cedere, & ob virtutum excellentiam credere coacti sunt, tantum Episcopo unitos esse, & subjectos oportere, aut æternæ salutis spem abjiciendam. Ita devicti pristinum errorem emendat.

mendare satagebant, ejus amicitiam ex-
 petebant, & in via virtutum proficere
 contendebant, cum cernerent, nulla alia
 ratione se posse Episcopo suo placere.
 Pauci fuere incorrigibiles, quorum nul-
 lam rationem habuit. Hoc modo S. Gre-
 gorius Nazianzenus amici sui mores no-
 bis depinxit. Cum S. Basilius creatus
 fuisset Episcopus, non ideo Gregorius ad
 eum venit; jam antea eum Basilius in-
 vitaverat, ut ægotantem se inviseret, &
 Gregorius itineri se dederat, attamen u-
 bi in via rescivit, eodem tempore Epif-
 copos Cæsaream proficisci, ut Eusebio
 successorem deligerent, statim viam, qua
 venerat, relegit, & Basilius simplicita-
 tis inculcavit, si non perspiceret, se inimi-
 cis suis liberrimam facultatem dare su-
 spicandi, eum ideo hoc rerum articulo
 amicos convocare, ut eorum suffragio ad-
 jutus, facilius ad Episcopatus fastigium
 ascenderet. Forte S. Gregorius, ne ipse-
 met in Episcopum exposceretur, perti-
 mescebat. Post amici Electionem pro-
 positum non mutavit, sed S. Basilio scri-
 psit, maximo quidem lætitiæ sensu se e-
 jus promotionem percepisse, verum non
 nisi post longum intervallum ad eum ven-
 turum, quamvis etiam Basilius se voca-
 ret, ne malevolis utrumque calumniandi
 ansam daret; venturum se vero, quan-
 do Numen jussisset, & livoris umbræ
 S 2 essent

Sæculum IV
A. C. 370.Or. 20. p. 344
Ep. 20. 29.
in fin.

Epist. 24.

Sæculum IV. essent dissipatæ. De hoc rigore S. Basilii primum conquestus, deinde amici sui prudentiam laudavit.

§. XIX.

S. Basilii unire Catholicos ad laborandum.

Greg. or. 20. Basil. ep. 48. Cum S. Basilii charitas, & zelus totam Ecclesiam complecteretur, magnopere affligebat virum sanctum Fidelium, etiam Episcoporum Catholicorum in Oriente divisio; ut tanto malo remedium quæreretur, Episcoporum Occidentalium pietatem sibi sollicitandam esse existimavit, atque S. Athanasii auctoritatem, qua apud eos valebat, adhibendam. Hinc igitur sub initium sui Episcopatus scripsit in hunc modum: *Dudum hæc mea sententia sedit, unicam Ecclesiam nostram pacandi viam superesse, Episcoporum Occidentis junctam operam. Si pro bono nostro eodem zelo laborare velint, quo de mi unius, alteriusve ambitionem castigerunt, non nulla pacem reducendi spes erit. Tantam Episcoporum multitudinem verebuntur Principes, populi sponte sequentur. Dignus es, Athanasi! qui istud charitatis tuæ monumentum posteris relinquis; pulcherrimo facinore tua certamina, quæ infinita pro fide subiisti, coronabis. Mitte ex Ecclesia tua sancta ad Episcopos Occidentis viros in sana Doctrina, & sermone potentes, qui malorum, quibus*

quibus premimur, gravitatem exponant. Sæculum IV.

Excitat deinde Athanasium, ut curam A. C. 370.

Ecclesiæ Antiochenæ per se suscipiat, nec opem Occidentalis Ecclesiæ expectet, dicitque, illius Ecclesiæ divisionem malum esse, quod celerrimo remedio indigeat, cum sit veluti caput, quod toti corpori salutem esset communicaturum. Hanc epistolam per Dorotheum Ecclesiæ Antiochenæ Diaconum misit, ad cujus preces addidit alteram, ut causam hujus Ecclesiæ, & S. Meletii, cui Dorotheus adherebat, pensculatius explicaret. In hac S. Basilius S. Athanasio mentem suam aperit, divisas Ecclesiæ Antiochiæ partes omnes sub S. Meletio colligendas; *Hæc sunt, inquit: totius Orientis vota, quod & ego privatim toto corde exopto, utpote eidem in omnibus conjunctissimus. Est vir in fide irreprehensibilis, in moribus incomparabilis. Aliis alia ratione satisfieri poterit. Cæterum non ignoras, Occidentales, qui maxime tibi uniuntur, in eadem esse sententia.* In his Epistolis S. Basilius S. Athanasium semper Patrem vocat, & summa reverentia alloquitur. S. Athanasius, epistolis benigne acceptis, *Basil. ep. 52.* Dorotheum Diaconum, & Presbyterorum suorum unum, nomine Petrum, remisit, ut omnis conatus ad reconciliandos animos adhiberetur.

Ep. 50.

Basil. ep. 52.

Ubi S. Basilius per eosdem S. Athanasium

S 3

nasii

Sæculum IV. nassii responsum accepit, remisit ad eum
 A. C. 370. Dorotheum cum Epistola, in qua ejus ze-

lum, & laborem pro bono Ecclesie uni-
 versalis laudat, & subdit: *Conveniens*
nobis visum est, ad Episcopum Romanum scribere, ut, quæ hic agantur, consideret, & suum submittat consilium; nam cum res admodum difficilis sit, ut inde communi consensu, & jubente toto Concilio Delegati ad nos mittantur, in hoc negotio sua utatur auctoritate, () & mittat viros, ferendis longæ viæ laboribus paratos, qui errantes inter nos suavi, & forti sermone ad meliora revocare valeant. Hæc viros omnia acta Ariminensia secum deferre oportebit, ut, quæ vi acta sunt, irriterentur. Occulte veniant, sine strepitu itinere maritimo, antequam res pacis inimicis suboleat. Sunt, qui desiderant, quæ & nobis videtur necessarium, ut hæresis Marcelli damnetur; nam usque hoc tempus Arium anathematizare non cessant, sed non videntur Doctrinam Marcelli rejicere.*

S. Basilius.

(*) Hic habemus præclarum testimonium S. Patris Orientalis Ecclesie pro Auctoritate Pontificis etiam sine Concilio scriptum, & a Fleury relatum. Mirum! quod Anonymus II. non sit contentus. Protestantis vel negligentia apparet, vel nequitia, ut sensum perverteret, dum posuit pag. 27. Einige Deputirte im Namen eines Concilii dahin abzuschicken.

dicere, cujus hæresis priori e Diametro Sæculum IV.
A. C. 370.
opposita est; circa ipsam Filii Dei sub-
stantiam errat, dum docet, ipsum non fuisse,
antequam e Patre egrederetur, nec am-
plius subsistere, postquam ad Patrem re-
diit. Hujus erroris in libris ejus habe-
mus argumentum. Interim Occidenta-
les ipsum nunquam corripuerunt, cum ta-
men eisdem objici possit, quod principio
ex veritatis ignorantia Marcellum ad
Communionem Ecclesiasticam receperint.
 S. Basilius hic de iis loquitur, quæ Romæ
 Julio Papa Pontifice anno 342. acta sunt; *Sup. L. XII.*
 quæ autem de hæresi Marcelli dicit, & *§. 23. 25.*
 hæc quidem ad S. Athanasium, notari
 merentur.

S. Basilius etiam ad S. Damasum Pa-
 pam scripsit, eumque Patrem admodum
 Venerabilem vocat; dubitari autem po-
 test, an hunc honoris titulum ejus Digni- *Epist. 220.*
 tati, vel Personæ tribuat, cum eo Nomi-
 ne etiam S. Athanasium compellet; cœ-
 terum in ea Epistola dicit: *Totus ferme*
Oriens ab Illyrico usque ad Ægyptum ma-
gna tempestate jaçtatur; omnes verita-
tis defensores suis Ecclesiis pulsati sunt, ut
ea Ariani tradantur. Non aliunde,
quam a tua Charitate auxilium speraba-
mus, sed hac spe frustrati, jam ultra file-
re non possumus, sed ad te scribere cogi-
mur, ut movearis ad gerendam nostri cu-
ram, mittasque ad nos Legatos, qui divi-
fos

Sæculum IV. *fos uniant, aut saltem Divisionis auctores*
A. C. 370. *tibi indicent, & in futurum scias, quibus-*
buseum tibi sit communicandum. Quibus
vero a te opem imploremus, res exemplis
non caret; ex traditione tenemus, & epis-
tolis, quas adhuc asservamus, Beatum Dionysium,
Prædecessorem tuum, Ecclesiam
nostram Cæsariensem per epistolas visitasse,
Patres nostros in ærumnis fuisse consolatum,
& viros misisse, qui fratres nostros
a captivitate liberarent. S. Basilius hic
 loquitur de incursione Gothorum in Africam
 minorem, Imperatore Gallieno, quod
 tempore S. Dionysii Papæ factum. S. Ba-
 silius huic epistolæ instructionem, pro illis
 qui Romam ituri erant, adjunxit, &
 utramque S. Meletio, quo inconsulto fa-
 ciebat nihil, per Dorotheum submit-
 tit. Dicit etiam minas se, & sævæ perfec-
 tionis indicia prævidere.

Sup. l. VII.
 §. 56.

ep. 57.

§. XX.

Concilia Romæ, & in Illyrico.

Marc. & Interim Damaso Papæ plura certamina
Fausti p. 9. cum factione Ursini Antipapæ fuerant
Ap. Baron. sustinenda; quamvis enim Ursinus anno
an. 368. p. 366 proscriptus fuisset, tamen Schisma-
 209. tici tamdiu importunis precibus Impera-
 toris Valentiniani aures fatigarunt, do-
 nec Rescripto ad Prætextatum Romæ
 Præfectum dato, eum, omnesque, qui
 cum eo relegati fuerant, revocaverit, ad-
 dito

dito mandato, si quidquam denuo turbassent, gravius punirentur. Urfinus igitur quinta Sept. anno 367. cum duobus Diaconis Romam rediit, sed duobus post mensibus iterum eiectus, & cum pluribus aliis in Galliam in exilium missus. Ita pax Romæ reddita Prætextati Auctoritate, & testimonio, quod veritati reddidit, sicut Ammianus Marcellinus loquitur. Schismatici, licet jam Clerici Duces deessent, nihilominus in Cœmeteriis Martyrum conventus agebant, habebantque Ecclesiam; hinc Ecclesiæ Romanæ Defensor, & Damasus Pontifex Valentiniano Imperatori Libellum supplicem obtulerunt, quo accepto, Prætextato mandata dedit, ut istam Ecclesiam, quæ sola Schismaticis relicta fuerat, Damasus traderet, quod effectui datum, & Schismatici armata manu expulsi. Damasus Papa voto se SS. Martyribus obstrinxerat, si Clericus Schismaticus resisceret, quod ubi posteriore tempore obtinuit, versibus in eorum honorem compositis, quod voverat, reddidit.

Damasus circa illud tempus Concilium frequentissimum Romam convocavit, atque suo, & Concilii nomine ad Episcopos Ægypti, forte etiam ad omnes alios, scripsit, ut omnibus, qui in Arianorum errorem lapsi essent, amica manus ad surgendum porrigeretur. Roma, & uni-

S 5 versus

Sæculum IV.
A. C. 370.

Rescr. ap.
Baron. an.
371. init.
l. XXVII.
c. 9.

Marc. &
Faust. p. 10.
ap. Baron.
an. 368. init.

ap. Baron.
app. to. 4.
p. 5.

Athan. ad
Afric. pag.
931.

Sæculum IV. versus Occidens, si purorum Arianorum
 A. C. 370. paucissimos excipias, in fide Nicæna fir-
 miter stabant. In hoc Concilio Ursacius
 Sozom. VI. & Valens nominatim condemnati; de Au-
 c. 23. Athan. xentio autem, qui Sedem Mediolanensem
 ad Afric. p. 941. invaserat, nulla mentio facta, forte ne
 Reverentiam Imperatori Valentiniano
 debitam peccaretur, qui ejus communio-
 nem receperat. (*) S. Athanasius, ac-
 Sup. G. 2. cepta S. Damasi epistola, Episcopos Ægy-
 p. 946. pti, & Lybiæ, nonaginta ferme numero
 congregavit, eique nomine omnium
 causa Auxentii rescripsit, multum mira-
 ri se, quod vir iste necdum depositus, &
 Ecclesia ejectus fuisset, cum non solum
 Arianus sit, sed etiam plurimorum malo-
 rum reus, quæ Gregorii Sedis Alexandrinæ
 usurpatoris socius commisisset. Haud lo-
 go temporis intervallo factum est, quo
 Episcopi Ægypti optabant, nam cum Epis-
 copi Galliæ, & Venetiæ questi fuissent
 Auxentium, & quosdam alios Anomeo-
 rum errores defendere, rescripsit Impera-
 tor, ut Auxentii causa examini subjiceretur,
 & fides Catholica explanaretur; hinc
 Romæ Concilium nonaginta trium Epis-
 coporum coactum, ubi Auxentius, & Se-
 ctatores ejus excommunicati. Fides Ni-
 cæna

(*) Protestans hic calumnias Schismaticorum
 contra Damasum Pontificem repetit Calumniam
 Et nihil aliud affert.

cana confirmata, & omnia, quæ in con-
 trarium Arimini facta, nulla pronuntiata
 sunt. Duo exempla epistolæ Synodalis
 hujus Concilii habemus, nempe Latinum
 originale, quod nomina Damasi Papæ, Va-
 leriani Episcopi Aquilejensis, & aliorum
 octo in fronte gerit, & ad Episcopos Ca-
 tholicos Orientis dirigitur, versionemque
 græcam, quæ Damasi tantum, & Valeria-
 ni nomina præfert, & ad Episcopos Illyri-
 ci dirigitur; erat vero particularis causa,
 ut ad hos Decreta Concilii mitterentur,
 quod in ea Provincia Ariana hæresis, Ur-
 facio, Valente, Gaio, & Germinio De-
 fensoribus, plurimum invaluisset.

Epistola ad Orientales ignorantia potius,
 quam malæ voluntatis accusat Episcopos,
 quos Galli, & Veneti denunciaverant,
 & de Auxentio tanquam de viro diu ante
 condemnato loquitur; dicit, ea, quæ Arimini
 acta sunt, ab initio fuisse retractata ab
 iis ipsis, qui interfuerant; hos palam
 fassos fuisse, quod novis verbis fuerint
 decepti, nec intellexerint, hæc verba
 Definitioni Nicænæ esse contraria; de-
 inde, dicit epistola: *ii, qui magno numero
 Arimini fuere, tantæ auctoritatis non
 sunt, cum certum sit, neque Episcopum Ro-
 manum, cujus sententia ante omnes alios
 requirenda erat, (*) nec Vincentium, qui
 tanto*

(*) Hoc testimonio pro S. Pontificis Auctoritate nihil illustrius!

Sæculum IV.
 A. C. 370.

ap. Theod.
 II. hist. c.
 22. ap. So-
 zom. VI.
 c. 23.

Sæculum IV. *tanto annorum spatio purissimam Sacerdotii fidem conservavit, nec alios bis simile consensisse. Hoc autem omnino actorum Ariminensium valorem enervat, quod, sicut jam diximus, illi ipsi, qui violentè cessasse videbantur, auditis saniorum conciliis, pœnitere se eorum, quæ fecissent, præ-*

Vales. not. adtestati sint. Episcopi quoque Illyrici *Theod. IV.* rectam ad se epistolam Synodalem acciperunt, quæ hortabatur, ut fidei suæ sinceritatem palam declararent. Hoc Concilium secuti Illyrici, obtenta ab Imperatore Valentiniano conveniendi licentia, Synodum celebrarunt, edideruntque Decretum, quod Confessionem fidei, Nicæna congruam continebat; in ea dicunt: *Credimus cum Conciliis, quæ nuper Romæ, & in Gallia celebrata sunt, unam, & eandem Substantiam Patris, & Filii, & Spiritus S. in tribus Personis, id est, in tribus personis distinctis hypostasibus. De Incarnatione dicunt; quod JESUS CHRISTUS DEUS SIT, portans carnem, non autem homo portans Divinitatem, & anathematizant illum, qui scripsit, Filium fuisse in potentia a Patre, antequam actu fuisset genitus, quod omnibus Creaturis convenit. Hoc Marcellum Ancyranum denotare videtur. Hoc Decretum ad Episcopos Asiae & Phrygiæ miserunt, quibus mandarunt, ut inquirerent, an res ita se habeat, quæ in tota Asia doceatur, Spiritum S. separatum*

9. Pagi. an. 365. n. 8. Theop. Chr. p. 52. an. 366. Theod. IV. e. 8. 9.

raturum esse a Patre, & Filio, sicut ipsi a Sæculo IV. Confratre suo Eustathio audivissent. Eu- A. C. 370.
 stathius iste verosimiliter est Episcopus Se- Sup. §. 9.
 bastenus, qui in reditu ab urbe Roma per
 Illyricum transierat. Hortantur deinde
 Illyrici Patres Asiæ Episcopos, ut in ordi-
 nationibus Ecclesiasticam Disciplinam ob-
 servent, Episcopos eligant ex corpore
 Presbyterorum, Presbyteros & Diaconos
 ex corpore Clericorum, non vero ex Sena-
 tu, vel militia ad id muneris viros assu- Theod. IV.
 mant. Ultimo nomina sex Episcoporum c. 8.
 Arianorum, quos deposuerant, apponunt.
 Valentinianus Imperator huic Episcoporum
 epistolæ Rescriptum addidit ad eos-
 dem Asiæ, & Phrygiæ Episcopos, quo ex-
 hortatur, ut Decretum Concilii Illyrici
 recipiant, & auctoritate Imperatoris, id
 est, fratris ejus Valentis, ad vexandos Dei
 famulos non abutantur.

§. XXI.

Epistola S. Athanasii ad Africanos.

Concilium, quod S. Athanasius Alexan- Tom. I.
 driam convocaverat, etiam ad Epis- p. 931.
 copos Africae, id est, Provinciae Cartha-
 ginensis, scripsit, ut eos confirmaret con-
 tra illorum suggestiones, qui Concilii Ari-
 minensis auctoritatem supra Concilium
 Nicænum extollebant, eo quod vox, con-
 substantialis, obscurior esset, quam ut in-
 telligi posset. S. Athanasius nomine to-
 tius

Sæculum IV. A. C. 370. p. 934. tius Concilii scribens, demonstrat, Patre
 Concilii Ariminensis, quamdiu libere
 cuisset agere, nihil adjicere Concilio Nicæno
 voluisse, imo Ursacium, Valentem, Eudoxium,
 & Auxentium excommunicasse, atque hac ratione
 Arianis non fuisse, sed magis adversatos fuisse.
 Deinde auctoritatem Concilii Nicæni defendit,
 quibus ex causis vocem: consubstantialis, & quo
 in sensu adhibuerit. Tandem paucis de Divinitate
 Spiritus S. tractat. Cœterum, quamvis hæc epistola
 ad Africanos nomine nonaginta Episcoporum
 Ægypti, data sit, solius tamen Athanasii opus est,
 atque Episcopi, quorum nomine loquitur, non
 omnes erant præsentibus in Concilio, sed cum
 omnibus eadem esset sententia, alter alterius nomine
 subscribebant. Uberes profectus hujus epistolæ
 fructus fuere, quod Ecclesia Africana, sicut &
 Occidens universa in fide Trinitatis firma
 persistit.

§. XXII.

Epistola ad Epictetum.

Tom. I. p. 582.

Ad ea tempora, id est, ultimos vitæ episcopi
 annos celebris S. Athanasii epistola ad
 Epictetum referenda est, cum in illius
 initio de Conciliis Galliæ, Hispaniæ, &
 Romæ mentionem faciat, in quibus Ariani,
 qui se se adhuc occultabant, fuerant
 anathematizati, & Concilii Nicæni
 aucto-

auctoritas recepta. Corinthi exorta fue- Sæculum IV.
 rat disputatio de Mystero Incarnationis. A. C. 370.

Quidam dicebant, Corpus Jesu Christi p. 588.
 consubstantiale esse Verbo, putantes, si
 aliter doceretur, loco Trinitatis, quater-
 nitatem admitti; inde sequebatur, Jesu
 Christi corpus ex Maria originem non tra-
 xisse, cum æque æternum, ac Divinitas
 esset, aut Divinitatem Verbi naturam
 mutasse, & factam esse carnem. Alii in

alterum extremum incidebant, dicentes, p. 591.
 Jesum Christum esse hominem adopta- Epiph. hæc.
 tum, ut esset Filius Dei, & ex conse- 77. Demæ-
 quenti aliis Prophetis similem; Verbum rit. c. 2.

Dei aliud esse, quam Christum, Mariæ
 Filium, qui passus fuerat. Qui his super
 quæstionibus disputabant, erant Discipuli
 Apollinaris, ipse autem ut errorum isto-
 rum auctor necdum noscebatur. Cum
 isti errores multum Ecclesiam turbarent,
 necesse fuit Concilium agere, quorum
 Patres tandem omnes in hoc consense-
 runt, ut sola fides Catholica teneretur.
 Acta Concilii fuere descripta, eaque Epi-
 ctetus Corinthi Episcopus, qui Concilio
 interfuerat, ad S. Athanasium submisit.

S. Athanasius has propositiones sine
 horrore legere non potuit, quas ut in
 sua Epistola ad Epictetum refutaret, ea- p. 584.
 rum auctores hortatur, ut Concilio Ni-
 cæno se subjiciant, huic enim obedire
 necessarium esse, si Filii Ecclesiæ audire
 vel-

Sæculum IV. vellent. Concilium, inquit: non delecta
 A. C. 370. ravit, Jesu Christi Corpus, sed ipsum

Dei Filium esse Patri consubstantialem.
 Corpus ex Maria dixit fuisse desumptum.
 Sane! si Verbum est consubstantiale cor-
 pori, ex terra producto, & idem Verbum
 est consubstantiale Patri, Pater consubstan-
 tialis erit corpori, ex terra formato; qui
 jure deinde vos damnabitis Arianos, qui
 Filium Creaturam dicant, cum vos Pa-
 trem dicatis consubstantialem creaturis?
 corpus ante Mariam æternum existit, sicut
 Verbum, quid profuit Verbum advenisse,
 an illud volebat assumere, quod ipsi erat con-
 substantiale? an seipsum pro seipso in Sacri-
 ficium offerre, seipsum redimere volebat.

p. 585.

Epistola ad
 Epictetum.

Ulterius per Scripturam demonstrat
 Jesum Christum sumpsisse corpus, nostrum
 simile, ex Sanguine Abrahæ, & Substan-
 tia Mariæ, quæ ipsum vere genuit, & suis
 uberibus lactavit. Hoc corpus sustinuit
 circumcisionem, famem, sitim, laborem,
 & denique Crucem, dum econtra Ver-
 bum est impassibile. Hoc Corpus in se
 pulchro erat, dum interim Verbum, cor-
 pus non relinquens, descendit ad inferos,
 quia Corpus non erat Verbum, sed Cor-
 pus Verbi, quod sibi corporis sui dolores
 attribuit, ut Divinitatis ejus possemus
 esse participes. Hæc omnia non fuerunt
 fictio, & vana Species, sed veritas, &
 res ipsa, alias salus hominum, & Resur-
 rectio

rectio tantum fictio essent, & illusio sicut Sæculum IV.
 Manes docuit. JESUS CHRISTUS post suam A. C. 370.
 Resurrectionem dixit: *palpate, & vide-* Luc. 24, 39.
te! quia Spiritus carnem, & ossa non ha-
bet, sicut me videtis habere. Non dicit:
 sum caro, & ossa, sed habeo. Quando Joan. 1.
 S. Joannes dicit, Verbum factum fuisse
 carnem, eo modo dicit, quo S. Paulus, Gal. 2. 13.
 quod JESUS CHRISTUS factus fuerit male-
 dictio, non ita, ut ipse ipsa maledictio fa-
 ctus sit, sed quia maledictionem in se
 suscepit. Cœterum ne utiquam timen- p. 89.
 dum, ne JESU CHRISTI CORPUS, quod sit
 alterius naturæ, quam Verbum, loco
 Trinitatis quaternitatem efficiat; crea-
 tura Deo æquari non potest, nec Divini-
 tas additionem recipit. Inearnatio nihil
 Verbo addidit, sola caro per conjunctio-
 nem cum Verbo dotes infinitas accepit.

Illos vero, qui dicebant, Filium Mariæ
 non esse Christum, Dominum, & Deum,
 S. Athanasius interrogat; *quare ergo jam*
in sua nativitate vocetur Emmanuel, id
est, nobiscum Deus? quomodo eum S. Pau- Rom. 9. 5.
lus dicit, esse Deum Benedictum in Sacu-
la? quare S. Thomas, dum vidit, excla-
mavit: Dominus meus! & Deus meus! Jo. 20, 28.
si Verbum Dei Filio Mariæ aliunde adve- 590.
nit, sicut aliis Prophetis, quare ipse solus
natus est ex Virgine, & non ex viro, &
femina sicut alii Sancti? quare de ipso
solo dictum est, quod sit pro nobis mor-
Hist. Eccles. Tom. IV. T tuus?

Sæculum IV. tuus? de ipso solo, quod venerit in fine
A. C. 370. Sæculorum? quare solus jam resurrexit.

Mar. 9. 6. Caro factum. Ipsum Pater in Jordane
 & in monte ostendit, dicens: hic est Filius
 meus dilectus. Hunc Ariani negarunt,
 nos vero agnoscimus, & adoramus; nos
 separamus Filium a Verbo, quia scimus
 quod ipsum Verbum sit Filius, per quem
 omnia facta sunt, & qui nos redemit. Et
 paulo inferius ait: rogo te, & omnes
 qui hunc sermonem audient, ut boni con-
 sulatis, si usquam Doctrina deficiat, cor-
 rigit, & docete me; si tantam materiam
 ea, qua par est, Dignitate, & perfectio-
 ne non tractavi, styli mei tenuitatem excu-
 te. Hac moderatione de suis scriptis
 dicebat Athanasius, Theologus ævi
 omnium doctissimus.

§. XXIII.

Alice S. Athanasii Epistolæ.

To. 2. p. 35. Sanctus Athanasius epistolam quoque de-
 dit ad Abbatem Ammonium, aliquo-
 rum Monasteriorum Patrem, ut ridicu-
 lam superstitionem reprobaret quorun-
 dam Monachorum, credentium, se ex-
 crementis, & naturalibus evacuationibus
 inquinari, cum illum Evangelii textum
Marc. 7. 15. nimis ruditer acciperent; non quod in-
 trat in hominem coinquinat hominem.

fed quod egreditur. *Attendendum est, Sæculum IV.*
 inquit S. Athanasius: *unde exeat, quod in- A. C. 370.*
 quinat hominem, nempe non ex corpore,
 sed ex corde, quod malarum cogitationum,
 & peccatorum sedes est. Tum docte osten-
 dit, totum opus Dei bonum esse, & pu-
 rum, omnes naturales corporis functio-
 nes innoxias esse, & utiles, & solum ea-
 rum abusum causam esse, quod quando-
 que fiant peccaminosæ; sicut homici-
 dium crimen est, quamvis licitum sit, &
 laudabile in bello justo inimicos occi-
 dere.

In Pentapoli, & finibus Lybiæ duo *Synes. ep.*
 oppida erant, Palebiscus, & Hydrax di- *67. p. 209.*
 cta, quæ semper ad Diœcesin Erythrensem *210.*
 pertinuerant, nec erant satis ampla, ut
 proprium haberent Episcopum. Verum
 tamen cum Erytra ab his oppidis multum
 distaret, & Orion Episcopus Erythren-
 sis senex esset patientissimus, incolæ, non
 expectata ejus morte, Episcopum sibi
 constituere voluerunt, qui eos ab hosti-
 bus tueretur, & rerum eorum tempora-
 lium curam gereret. Forte quidam ab
 exercitu miles nomine Siderius ad eos ve-
 nit, ut e fundis, sibi a Principe concessis
 fructus perciperet; erat is juvenis robu-
 stus, rebus gerendis natus, atque aptissi-
 mus, qui inimicis timorem incuteret,
 amicis auxilium ferret. Palebisci cives
 neminem alium utiliorem sibi fore cre-
 debant,

Sæculum IV.
A. C. 370.
debant, eo magis, quod strenuo, & pro-
dente viro opus esset, qui dominantibus
resiste forte peccatis opponeret; ergo Siderius
in Episcopum sibi deligit, & a
uno solo Episcopo, Philone Cyrenensi
ordinari procurant.

Huic Ordinationi omnes Canonici
adversabantur, nam Alexandria ordinari
debuerat, aut in suo Episcopatu a tribus
Episcopis, licentia ab Episcopo Alexandri-
no obtenta; at tempore persecutionis
rigore canonum non nihil remitti oppo-
tebat; hinc S. Athanasius, tempore
dens, indulget, ut novus iste Episcopus
Pabelisci esset; imo, cum ad majora
neum judicaret, haud multo post tempo-
re ipsum Ptolemaidem, Provinciae Metro-
tropolim, transtulit, ut ibi Doctrinam
tholicam defenderet, quæ ex eo tempo-
re, quo Secundus, primorum Arianorum
unus, illam Cathedram tenuerat, ferme
extincta languebat. Siderius, postquam
ad annos Senectutis pervenit, relicta Pto-
lemaide, Pabeliscum rediit, ubi, sicut
li ante se Episcopo successerat, ita etiam
Successorem non habuit.

Econtra S. Athanasius toto pœnarum
Ecclesiasticarum rigore usus est in Lybia
Præfectum, virum barbarum, crudeliter
& impudicum. Hunc S. Athanasius
communicavit, & hanc excommunicatio-
nem aliis Episcopis, præsertim S. Basilio

ep. 47.

lio per litteras notam fecit, ut omnes Sæculum IV.
 ejus communionem fugerent. Respon- A. C. 370.
 dit S. Basilius, se hujus viri excommuni-
 cationem in sua Ecclesia publicasse, jam-
 que miserum hominem omnibus Fide-
 libus execrationi fore, nec quemquam cum
 eo vel foci, vel aquæ, vel mensæ, com-
 mercium habiturum. Subjungit, se hanc
 condemnationem omnibus Præfecti do-
 mesticis, amicis, & hospitibus indicasse,
 ex quo credere oportet, ipsi patriam fu-
 isse Cappadociam. Ex his dispicitur,
 quales jam illo tempore excommunica-
 tionis effectus, etiam in vita civili, fue-
 rint.

S. Athanasii duas etiam habemus epi- Tom. I.
 stolas, quibus S. Basilium excusat. Pri- p. 951.
 mam dedit ad duos Presbyteros Joannem,
 & Antiochum, in quibus eum verum Dei
 Servum appellat; alteram ad Presbyte- p. 952.
 rum nomine Palladium, in qua S. Atha-
 nasius loquitur in hunc modum: *Quan-
 tum spectat ad illud, quod mihi significasti,
 fratri nostro Basilio Monachos Cæsarien-
 ses adversari, causam forte haberent, si
 ejus Doctrina possët esse suspecta, at certis-
 sime sciunt, sicut & nos omnes, ipsum esse
 Ecclesiæ gloriam, & pro veritate depugna-
 re; absit ergo, ut ipsum impugnent, sed
 potius bona ejus voluntas laudanda; nam 1. Cor. 9. 22.
 quantum ex referente Dianeō intelligo,
 frustra affliguntur, & ego quidem nullus
 dubito,*

Sæculum IV. *dubito, quin sponte cum infirmis infirmis*
A. C. 370. *tur, ut eos lucri faciat. Deum laudem*
fratres nostri, qui Cappadociæ tantum
Episcopum dedit. Dic eis, quod ego ipse
hæc scribam, ut eo, quo par est, affectu pro-
sequantur Patrem suum, & Ecclesiarum
pacem conservent.

§. XXIV.

S. Basilii discretionem calumniantur.

Basil. ep. **I**lla S. Basilii facilitas, quam S. Athanasius quibusdam scandalo fuisse ait, vix
 203. 204. *rosimiliter est modus, quo de Divinitate*
Sancti Spiritus loquebatur; nam contentus
erat, si Macedoniani, qui Ecclesiæ reconciliari
cupiebant, fidem Nicænam confiterentur, &
declarent, se non credere Spiritum S. esse
Creaturam, non autem urgebat, ut expresse dicerent, esse Deum.
Ipsè S. Basilii in Scriptis suis, & sermonibus
publicis ab ipsa voce, Deus, abstinerebat,
quamvis vocibus æquivalentibus uteretur,
atque ejus Divinitatem argumentis invictis probaret; () hanc agendi*

(*) Hæc S. Basilii agendi ratio non multum abhorret a modo, quo S. Pontifex Honorius Monothelitarum ætate usus est. Certe S. Basilii moderatio, cum de Spiritu S. Divinitate loqueretur, notatu digna est, non minus ac illa conspiratio cum S. Gregorio Nazianzeno. S. Basilii clari verba

di rationem temporis circumstantiæ po-
 stulabant; sciebat hæreticos sub Valen-
 tis auctoritate occasione inhiare, ut Epis-
 copos, qui majori fervore veritatem de-
 fendebant, seque omnium primum, e suis
 Ecclesiis pellerent, atque Ecclesiam Ori-
 entis ubique divisionibus, & tumultu tur-
 bari, itaque Religioni optime consultum
 iri existimabat, si pax servaretur, & erga
 debiliores omni conniventia, quæ salva
 Religione possibilis esset, uteretur; spe-
 rabat vero illos ipsos post unionem ma-
 jus a Deo lumen per communicationem
 cum Catholicis, & amicam veritatis dis-
 quisitionem accepturos. Ita S. Grego-
 rius amici sui facta defendit, qui & ipse
 in duabus epistolis ad Presbyteros Tar-
 senses mentem suam explicat.

T 4

Nihil-

verbis non edicebat, S. Spiritum esse Deum, at
 nihilominus id ipsum argumentis solide demon-
 strabat, & verbis aliis explicabat. Hac innoxia
 calliditate ideo utendum sibi arbitrabatur, ne,
 cum esset Episcopus, Hæreticis ansam præberet
 ipsum deponendi, & sic ipsius Ecclesia Bono Pa-
 store privaretur, econtra S. Gregorius Nazianze-
 nus, qui nulli præerat Ecclesiæ, aperte Deum con-
 fitebatur. Ita inter ambos convenerat. Nemo
 dicat, S. Basilium ignaviter cessisse, nam aliunde
 constat, qua fortitudine vir fuerit, & quam ab
 omni ambitu alienus. Hoc etiam Anonymi I. de
 S. Basilio iudicium est.

Sæculum IV.

A. C. 370.

epist. 203.
204.ep. 141. p.
934.Greg. or.
20. p. 365.Greg. ep.
26.

Nihilominus in scriptis quoque publicis S. Basilius S. Spiritum Deum dixerat, nempe quando id crediderat profuturum, sicut exprefferat in sua epistola ad Ecclesiam Cæsariensem circa annum 363. scripta. Semper etiam idem fatebatur in privatis colloquiis, præsertim cum S. Gregorio Nazianzeno, cui, eodem Gregorio teste, protestatus est, velle se, ut a Spiritu Sancto deseratur, nisi cum Patre & Filio consubstantialem adoraret. Imo convenerat inter eos, ut, dum Basilius hac cautione uteretur, Gregorius interrim, qui minus persecutioni erat expositus, hanc veritatem palam prædicaret. Cum aliquando S. Gregorius cum quibusdam suis, & Basilius amicis mensæ affideret, & sermo de S. Basilio incidisset, omnibus de eo cum admiratione loquentibus, & ambos amicos laudantibus, ex affidentibus quisquam Monachus exclamavit: *adulatores estis! omnia, si ita vultis in his duobus laudate, pace mea feceritis, at, quod rei caput est, nempe fides, in hac materia nec Basilius, nec Gregorius laude digni sunt; hanc enim alter suis sermonibus, alter silentio prodidit. Unde tu ista habes, inquit Gregorius: vir temerarie!* respondit Monachus: *a celebratione festi Martyris Euphicii redeo, ibi Magnum Basilius audivi de Divinitate Patris, & Filii mirifice perorantem,*

sed ubi rerum ordo poposcisset de Spiritu Sæculum IV.
Sancto dicere, siluit; subjunxitque, Gre- A. C. 370.
gorium intuens: quare tu vero clare Di-
vinatatem Spiritus S. fateris, sicut in illo,
cujus recordor, conventu fassus es, Basilius
autem obscure, melior Politicus, quam
Christianus? hoc ideo fit, respondit Gre-
gorius: ego homo sum obscuræ famæ, &
paucis notus, hinc sermones mei nullum
Ecclesiæ periculum creant; Basilius &
sua virtute, & Ecclesiæ suæ splendore ful-
get, quæcunque dixerit, omnium ore de-
inde promulgantur. Sunt, qui ei insidias
struant; nempe hæretici percuperent eum
in verbis capere, ut prensata occasione sua
Ecclesia deturbent virum, ferme unicam,
quæ nobis supersit, Episcoporum gemmam.
Præstat igitur tempestati ad tempus cede-
re, & Divinitatem Spiritus S. aliis ver-
bis exprimere. Veritas sensu potius, quam
vocibus constat. Quidquid autem S. Gre-
gorius Nazianzenus diceret, tanta in ver-
bis cautio non probabatur. Is deinde hoc
colloquium S. Basilio narravit, qui respon-
dit: si fratribus nostris necdum persuade- Basil.ep.33.
ri potuit, qualis fides mea sit, non ultra
babeo, quod respondeam; nam quomodo per
brevem epistolam fidem faciam his, qui
tanto tempore, quid credam, non agnove-
runt? brevi, Deo dante, calumniæ factis
resellentur, hæc jam enim est rerum facies,
ut paulo post Ecclesia nostra, & patria pro

Sæculum IV. *veritatis defensione ejici speremus; forte etiam bis pejora experiemur; si autem eorum, quæ ominamur, nihil evenierit, verumtamen Jesu Christi tribunal non longe aberit.*

§. XXV.

Concilium Antiochenum.

Sup. §. 18. Dorothei Diaconi profectio, quem S. Basilii filius, communicato cum S. Meletio & S. Athanasio consilio, in Occidentem miserat, nullum aliud emolumenti genuit, quam Epistolas, quarum Sabinus Ecclesiæ Mediolanensis Diaconus, *Bas. ep. 324.* basilius fuit. Quasdam S. Basilio a S. Valeriano, Episcopo Aquilejensi scriptas reddidit. Idem Antiochiam attulit Epistolam Concilii Romani, quod nonaginta tres Episcopi contra Auxentium egerant. huic Epistolæ juncta sunt tria excerpta Decretorum ejusdem Concilii, quæ eisdem Trinitatis explicant, id est, divinitatem Verbi contra Arianos, Semi-Arianos & Marcellum Ancyranum; Divinitatem S. Spiritus contra Macedonianos, & fidem Incarnationis contra Apollinarem; nullus tamen istorum hæreticorum nominatus batur. Hæc Epistola recepta, & approbata est a tota Ecclesia Orientali in Concilio Antiocheno centum quadraginta sex Episcoporum, qui nomine suo apposito fidem Concilii Romani confirmarunt.

*Sup. §. 19.
to. 2. Conc.
p. 892.*

In fronte S. Meletii nomen apparet, tum Sæculum IV.
 S. Eusebii Samofateni, S. Pelagii Laodi- A. C. 370.
 ceni, Zenonis Tyriensis, Eulogii Edeffeni,
 Bematii Mallensis in Cilicia, Diodori Tar- Vales. ad
 sensis; cæteri non nominantur. Huic Theod. l. 5.
 Concilio Antiocheno bene etiam adscri- c. 3. p. 41.
 bitur Epistola Episcoporum Orientis ad
 Episcopos Italiae, & Galliae, quæ inter E- Bas. ep. 69.
 pistolas S. Basilii reperitur, haud dubie
 quod ipse composuerit, & præfert nomi-
 na Meletii, Eusebii, Basilii, Bassi, Grego-
 rii, Pelagii & multorum aliorum nume-
 ro triginta duorum, additurque in fine:
 & cæteri; quod indicat, frequentissimum
 fuisse Concilium; hæc Epistola Sabino
 Diacono commissa est, jusseruntque Epis-
 copi Orientales, ut ipse oretenus, quan-
 ta mala paterentur, exactius narraret, quæ
 ipsi in hac Epistola describunt in hunc
 modum: *Non hic agitur de una, vel dua-
 bus Ecclesiis; hæresis ferme ab Illyricis
 finibus usque in Thebaiden pervasit. Sana
 Doctrina jacet, Ecclesiæ leges aut spernun-
 tur, aut ignorantur. Qui cæteris ambi-
 tiosiores sunt, in primas Sedes involant,
 sic primæ Ecclesiæ Dignitates fiunt impio-
 rum præmia. Gravitas Sacerdotalis e-
 vanuit, nullos jam Pastores invenire est,
 qui sciant, quæ sui officii sint; bona pau-
 perum aut in suos usus convertunt, aut in-
 clientes liberaliter spargunt. Rigore ca-
 nonum oblivione sepulto magna est pec-
 candi*

Sæculum IV.
A. C. 370.

candi licentia; nam qui suam auctoritatem hominum favori in acceptis referunt, ne ingrato animo esse dicantur, omnia peccatoribus indulgent. Ita nemo est, qui populos increpet, Pastoribus os aperire non audentibus, cum sint eorum, qui se exheredaverunt, mancipia. Jam fides Catholica pro pallio obtenditur, quo inimicitia privatorum tegantur; sunt, qui, si timeant, ne pudendorum criminum convincantur, tumultum excitant in populo, ut in eo lateant, bellumque optant, & fovent perpetuum, ne, redeunte pace, factorum suorum feditas detegatur. In tantis malis vident Infideles, Christiani pusillanimes vacillant, dubia redditur fides, intellectus ignorantia obfuscat. Probi omnes tacere coguntur, impiis liberrime blasphemantibus. Profanata sunt Sanctuaria, Catholici populi orationis domos devitant, tanquam impietatis Gymnasia, & in loca deserta exeunt, ubi cum lacrymis, & suspiriis manus ad cælum tendunt. Fama eorum, que in plerisque locis facta sunt, que ad vos pervenit, scitis viros, mulieres, infantes, & senes extra urbes effundi, & sub Cælo orationem celebrare, aeris injurias patientissime tolerantes. Ulterius in hac Epistola Patres Antiocheni obtestantur Occidentales, & efflictim rogant, ut celeriter subveniant, & Legationem mittant, magno virorum numero constantem.

stantem, quæ quasi Concilii auctoritate Sæculum IV.
A. C. 370. polleat. Tunc etiam discordiam memorant, quæ ipsos Catholicos dividebat, nempe schisma Antiochenum, & approbando Epistolam Synodalem Occidentali-um finiunt.

S. Basilius litteras quoque per Diaconum Sabinum ad Episcopos Illyrici, Italiae, & Galliae misit, & ad quosdam alios, qui sibi privatim scripserant, nominatim ad Valerianum Illyricum, seu potius Aquilejensem. Gratulatur ei, sicut & aliis, quod in Occidente una omnium esset fides, dicitque, oportere, ut per Occidentales fides in Oriente renovetur, ut pro accepto Beneficio vices reddant. (*)

§. XXVI.

Persecutio Antiochiæ.

Tristis imago Orientalis Ecclesiæ, quæ Socr. IV. 17.
Greg. Nyss.
in Melet. p.
1023. Theod.
IV. c. 13. in his Epistolis exhibetur, erat verissima, & magna vis Persecutionis, maxime postquam Imperator Valens circa mensem Junium anno 370. Antiochiam venisset; ita nempe juramento stabat, quod, cum baptizaretur, in Eudoxii manus præstiterat. S. Melerius, Catholicorum Caput, jam tertio in Armeniam, Patriam

(*) Ubi illa ætate, in qua Regione, in quo orbis angulo fides, & Ecclesia Lutheranorum delitescerebat?

Sæculum IV. triam suam, relegatus est; ibi commo-
 A. C. 370. tus est in prædio suo, quod Gethasus di-
 cebatur, prope Nicopolim in finibus Cap-
 padociæ sito; hinc inter ipsum, & S. Basili-
 um non infrequentis commercii occasio. Paulino alteri Antiochiæ Catho-
 licorum Episcopo pepercerunt, sive virtutem
 Socr. IV. ejus reveriti, sive fidelium, eum sequentium,
 c. 2. paucitas extra curam fuit. Christiani, qui S. Meletio
 Soz. V. c. 7. adhæserant, sine Pastoribus non fuerunt, Flavianus,
 & Diodorus Presbyteri hujus gregis curam
 Sup. l. XII. in se susceperunt, illi ipsi, qui ab
 S. 46. huc dum Laici ei sub regno Constantii ad-
 stiterant. Flavianus, sequenti tempore Episcopus
 Antiochenus, necdum pro Concione dicebat, sed aliis perorantibus materiam,
 & argumenta suppeditabat. Diodorus postea Episcopus Tarsensis fuit, jam
 ex tunc S. Basilio, S. Athanasio, Petro, & Timotheo successoribus ejus amicitia
 junctus. Joannes quoque, & Stephanus in custodiendo S. Meletii grege labora-
 Basil. ep. 177. runt, qui utrumque postmodum Episcopos constituit,
 197. Facund. Joannem Apamiensem, & Stephanum Germaniciensem. Catholici,
 l. 4. c. 2. qui cum S. Meletio communicaverant, suis Ecclesiis, nempe Palea, & alia
 Theod. IV. c. 25. Id. Philost. c. 2. p. 780. &c. nova, sibi ab Imperatore Joviano concessa,
 c. 8. p. 815. depulsi, ad pedem montis, civitati Antiochenæ proximi, conveniebant; ubi
 erant cavernæ, in quibus S. Paulus se a-
 liquan-

liquando occultasse ferebatur; in illis Dei Sæculum IV.
A. C. 370.
laudes cantabant, & verbum ejus auscul-
tabant, hiemali tempore pluviis, & ni-
vibus, æstivo solis ardoribus vexati. Il-
luc quoque milites immissi sunt, qui eos Hier. ep. 57.
Damaso.
effugarent; tunc in ripis fluvii Orontis
congregabantur, unde iterum abacti, in
exercitiorum campum migrarunt, quare
ab illis, qui de communione Paulini e-
rant, campenses dicti sunt; at hoc etiam
loco tertio depulsi sunt. Interim Valens Socr. IV.
c. 17.
Imperator multos eorum tormentis sub-
jecit, multos diverso mortis genere,
plurimos vero in Orontem projectos, su-
stulit.

§. XXVII.

S. Aphraates.

Palatium Regium Antiochiæ in ripa O- Theod. IV.
hist. c. 26. Id.
Philost. c. 8.
rontis stabat, & via publica, quæ in
campos ducebat, erat intermedia. Qua-
dam die Valens ex superiore porticu pro-
spiciens, vidit senem, vili palliolo tectum,
& quamvis senio tardaretur, passus, quan-
tum posset, urgentem; qui stabant pro-
ximi, Imperatori dicunt, esse Monachum
Aphraatem, quem hujus urbis populus
mira veneratione colebat; is, relicta so-
litudine, prodierat, ut periclitanti Eccle-
siæ succurreret, quamvis esset simplex
Laicus, & tunc quidem in illum locum,
ubi

Sæculum IV. ubi Catholici conveniebant, se confertim
 A. C. 370. festinabat. *Quo vadis?* inquit Imperator: respondit Aphraates: *Vado orare, ut prospere regnes. Te vero, repositus Valens: in tua cella manere oportebat. Et, sicut regula monastica præcipit, secreto orare.* Aphraates: *Optime dicitur Domine! in cella me manere oportuit, sed mansi etiam, quamdiu oves Domini in pace secunda fuere, nunc autem, cum salubriter periclitentur, nihil intentatum relinquendum est, ut salventur.* Edic! *Domine! si puella essem, in domo Patris meo inclusa, et viderem paternas aedes flammis corripi, quid mihi faciendum esset, in quiete sedere liceret, et nihil ad restituendum ignem moliri? Imo et thalamum profiliendum esset, currendum, et quocumque necessitas peteret, aqua inferenda.* Idem ego jam facio; tu! *in domum Patris nostri ignem injecisti, et nos accurrimus, ut extinguamus.* Ita Aphraates locutus est. Imperator tacuit, sed quidam de ejus familia Evnuchus ex portu cu convicia sancto Seni dixit, mortem minitatus. Paucis post tempore idem Evnuchus exploratum ivit, an balneum quod Imperatori parabatur, satis esset calidum, atque vertigine actus in calidarium lapsus est; ita, nemine, qui adjuvaret, præsentem, interiit. Misit Imperator alium Evnuchum, qui eum vocaret.

ivit ille, rediitque, dicens, neminem se Saeculum IV.
 in quoquam cubiculo vidisse; decurrunt A. C. 370.
 plures, tandemque diu quarendo, post-
 quam omnia labra inspexissent, miserum
 inveniunt, toto corpore jacentem, & ex-
 tinctum. Hujus mortis fama illico per
 urbem dispersa, omnesque Deum Aphraa-
 tis laudabant. Hoc fato perterritus Im-
 perator virum, ut apud se constituerat,
 non est ausus in exilium mittere, ideo
 tamen alios Catholicos persequi non de-
 stitit.

S. Aphraates erat natione Persa, il-
 lustri familia ortus. Christiana Religio-
 ne suscepta, patriam reliquit, venitque
 Edessam, seque ædiculæ, quam extra ur-
 bem invenit, includens, ibi pietatis ex-
 exercitiis vacavit. Inde Antiochiam tran-
 sivit, jam tunc ab hæreticis agitatum, nem-
 pe sub Constantio, & in Monasterium ex-
 tra urbem secessit. Linguam græcam
 ex parte didicit, & tamen pronuntiatio-
 ne sua semi-barbara, cum vix, quid vel-
 let, enuntiaret, majorem persuadendi
 vim possidebat, quam omnes Sophistæ,
 ob artem suam bene dicendi superbia
 inflati. Omnes hominum ordines, ad
 se trahebat, Magistratus, artifices, mili-
 tes, ignorantes, doctos; hi silentio lo-
 quentem auscultabant, alii quarendo bo-
 nam Doctrinam eliciebant. Quamvis
 ita bono communi laboraret, nunquam
Hist. Eccles. Tom. IV. U tamen

Sæculum IV. tamen passus est quemquam sibi famu-
A. C. 370. lari, nec a quoquam mercedem accepit
 excepto pane, quem ei amicorum unum
 subministrabat; cum ad ultimam senectu-
 tatem devenisset, pani aliqua olera ad-
 junxit, nunquam ante solis occasum co-
 medere solitus. Hæc fuit vita magistri
 Aphraatis, qui tunc venerat, ut Religio-
 ni succurreret; plura exinde alia edidit
 miracula; Theodoretus, qui hæc testatur
 facit, S. Senem viderat, ejusque Bene-
 dictioem adhuc puer acceperat.

§. XXVIII.

S. Julianus Sabbas.

*Theod. Phi-
 loth. c. 2. p.
 780. Sup.
 l. XV. §. 48.*

Tum hæretici rumorem in vulgus spen-
 derunt, magnum Julianum ad suam
 communionem transiisse, celebrem illum
 ascetam ex Osroene, cui obitus Imperatoris
 Juliani fuerat revelatus. Sabbas
 vocabatur, id est, Syriace cano capite
 seu senex. Ut tantam calumniam dilue-
 rent, Flavianus, Diodorus, & Aphra-
 tes Acacium adierunt, post hæc Episcopus
 pum Bereensem, qui vitæ Monasticæ Ma-
 gistrum habuerat Asterium, Juliani Sabbas
 Discipulum; Acacio persuaserunt, ut cum
 Asterio ad S. Senem iret, & ad ferendum
 Ecclesiæ auxilium adduceret. Ubi
 Julianum pervenerunt, eum Asterius
 locutus est in hunc modum: *Edisser-
 Pater mi! quare tantos labores juxta*

sustines? Respondit Julianus: Quia ser- Sæculum IV.
A. C. 370.
vitus Dei corpore meo, & vita mea mibi
cbrior est. Ad hoc Acacius: Ego ape-
riam tibi modum optimum, quo hodie Deo
servire te oporteat. Quando Dominus
S. Petrum docere voluit, qua potissimum
ratione ostenderet, se Deum plus aliis ama-
re, ait: Si diligis me, pasce oves meas! Joan. 21. 17.
idem jam tibi faciendum est, Pater mi!
periclitantur oves, jam tacere, veritatem
prodere, esset. Ariani nomine tuo, tan-
quam bamo, utuntur, ut simplices animas
decipiant, jactant se, quod tuam Commu-
nionem habeant.

His auditis, S. Senex quamprimum
 viam Antiochiam ingressus est, dilecta
 solitudine ad tempus valere iussa. Duos,
 vel tres dies per desertum profectus,
 vespere ad oppidum pervenit, ubi mu-
 lier quædam dives, pedibus ejus acci-
 dens, ut cum sanctis suis comitibus in
 suam domum diverteret, rogavit. An-
 nuit Julianus, quamvis ab annis quadra-
 ginta scæminam non vidisset; dum vero
 ista hospitem ministerio intenta est, no-
 cturno tempore filius ejus unicus, se-
 ptennis in puteum cecidit. Exclamant,
 lamentantur domestici, res ad aures ma-
 tris defertur; illa omnibus silentium, &
 quietem imperat, contegit os putei, &
 ad inserviendum hospitibus redit. His
 mensæ assidentibus, S. Senex jubet, ut

U 2 accen-

Sæculum IV. accenseretur puer, cui vellet Benedictio
A. C. 370. nem impertiri; dixit mater, puerum a
 grotare, sed institit Sanctus, rogavitque
 ut adduceretur; tandem illa, quid acci-
 disse, edicit; consurgit illico Julianus
 & ad puteum festinat, jubet os aperiri,
 afferri lumen, tum videt infantem in
 superficie aquæ sedentem, & manu pla-
 dere ludibundum. Virum, ligatum fe-
 nibus, in puteum demittunt, qui puerum
 eduxit. Is ad pedes S. Senis accurrens
 ait, se eum ipsum vidisse, quod se supra
 aquam, ne submergeretur, sustinuisset.

Ubi S. Julianus Antiochiam attigit,
 undique populus confluebat, ut Virum
 sanctum videret, & a variis morbis san-
 retur. Ad radices montis divertit in ca-
 vernas, in quibus olim S. Paulus latuisse
 dicebatur, sed ibi ipsemet violenta febre
 tentatus est; ideo Acacius angebatur, co-
 mens, ne, qui turmatim adveniebant spe-
 recuperandæ sanitatis, inde scandaliza-
 rentur. Ad eum Julianus: *Bono sis mihi
 Sabbas. mo! si bona valetudo mihi necessaria est,
 illico reddet mihi illam Deus.* Tum
 orationem se dat, ut solebat, in genua de-
 missus, fronte terram tangens, & rogans
 Deum, ut sanitati se restitueret, si ita
 delium sibi assistentium utilitas posceret,
 necdum orationem compleverat, cum
 copiosus sudor subito ex ejus corpore
 rumpens, a febre liberavit. Tunc etiam
 omnia

omnis generis languidos sanavit. Ad Sæculum IV.
 conventum Catholicorum iturus, ante A. C. 370.
 portam Palatii transibat, ibi mendicus in
 scabello suo reptans, nam pedibus ca-
 ptus erat, manum extendit, & pallio S. Se-
 nis admovit; statim sanatus exsiliit, &
 firmis pedibus cucurrit; ad hoc prodi-
 gium totius civitatis populus confluit,
 campus militaris vix multitudinem ca-
 piebat, freudentibus præ pudore hæreti-
 cis. S. Julianus, pluribus aliis infirmis,
 qui eum in domos suas pertraxerant, at-
 que inter illos Comite Orientis, sanatis,
 viam in suam cellam relegit.

Per urbem Cyrum, duorum dierum
 itinere Antiochia distantem, pergens S. Se-
 nex, in Ecclesia cujusdam Martyris sub-
 stitit; ibi illius urbis Catholici congre-
 gati, rogarunt Julianum, ut se liberaret
 a Sophista Asterio, quem hæretici Epif-
 copum constituerant, & ad seducendos
 simpliciorum animos illuc miserant. *Spem
 bonam concipite!* reposuit S. Senex:
*Deum nobiscum orate, orationi jeju-
 nium, & castigationem corporis jungi-
 te.* (*) Cum id fecissent, Sophistam
 Asterium, pridie illius festi, quo dicturus
 erat ad populum, morbus corripuit, eum-

U 3 que

(*) Jejunium, & Castigationem Corporis, ver-
 ba ipsi invidiosa, Protestans noster sua pag. 284.
 omisit. Duos alios errores prætereo.

Sæculum IV. que una die e vivorum numero sustulit
 A. C. 370. Theodoretus, qui hæc prodigia narra-
 rat. S. Basilius hac occasione Ecclesiam
 Antiochenam datis litteris, amorem ter-
 rerrimum spirantibus, solatus est.

Basil. ep.
60.

§. XXIX.

Magorum cædes.

Theod. IV. **I**llo igitur tempore, quo Imperator Va-
 lens solos Catholicos premebat, omni-
 bus aliis, nempe hæreticis, Judæis, &
 ipsis Gentilibus liberam Religioni suæ va-
 candi facultatem relinquebat. Quisquæ
 sua Sacra secure peragebat, quæ Julia-
 nus reduxerat, & Jovianus prohibuerat.
Id. V. hist. Quamdiu Valens regnabat, ignes in
 ardebant, Idolis libamina, & victimæ of-
 ferebantur, festa publice in foris celebra-
 bantur, sua sacra Cereri erant, & Jovi.
 In Bachi orgiis viri, fæminæque circum-
 cursabant furiis actæ, pellibus caprinis
 tectæ, canes manibus discerpentes, & in
 detestabilem licentiam, cui illa Sacra per-
 agentes adsueverant, effusæ. Tandem
 aliquando etiam in Gentilium capita sa-
 va Valentis ira fulmina intorsit, cuius
 rei occasionem hoc modo natam
 runt.

Am. XXIV.
c. 2. *Soz. 4.*
p. 743.

Cum Valens Antiochiæ moraretur
 viri duo, qui harioli credebantur, He-
 larius, & Patricius, apud eum deferuntur

tur, quod operam suam locassent, ad Sæculum IV. A. C. 370.
 scrutandum, quis post Valentem regnatus esset? ambo comprehensi sunt, & equuleo impositi; Hilarius dixit sequentia: *ex ramis laureis banc mensam tripedem confecimus, quæ nobis exhibetur, ad imitationem Tripodis Delphici; longis ceremoniis, & arcanis carminibus consecratam, in medio domus, diffusis per omnes angulos odoribus purificatæ, posuimus; mensæ imposita est pelvis figuræ rotundæ, & ex varii generis metallis fusæ, cujus oræ viginti quatuor Græci Alphabeti litteras, certa mensura distantes incidervant. Accessit homo lineis vestibus, & calceis indutus, fascia caput circumdabat, ipse vero portabat verbenam. Postquam quibusdam canticis Deum oraculorum Præsidentem, nempe Phæbum, invocasset, annulum libravit a parvulis sipariis filo levissimo dependentem, qui prius illius artis mysteriis fuerat præparatus. Quæsvimus, cui post hunc, qui modo regnaret, Imperium fata destinassent? quippe vir summus esse ferebatur. Atque annulus supra oram pelvis saltitans, duas syllabas THEOD designavit, dum in quatuor litteris græcis Tbeta, Epsilon, Omicron, & Delta substitit. Tunc adstantium aliquis exclamat, Deos Romanum Imperium Theodoro daturus. Non ulterius investigatum, omnibus enim constabat, hunc ipsum exoptari. Hæc fuit Hilarii confessio.* U 4 Theo-

Sæculum IV. Theodorus hic erat Imperatori se-

A. C. 370. cundus ab epistolis, quod munus tunc
inter præcipuas Dignitates habebatur.

Chryf. ad eximia vir specie, artibus liberalibus in-
Jun. vid. structus, atque Imperatori liberrime lo-
Soz. VI. qui solitus, cæterum vero Gentilis, hinc
l. 35. ut ipse rerum potiretur, Philosophi, &

Pagani summis votis expetebant, quos
Christianos jam jam omnia capere in-
dignarentur. Itaque non est obstupe-
cendi causa, si annulus magicus, quem
perita manus rexit, primas nominum
ejus litteras indicavit. Valens Impera-
tor, sua indole ferox, detecta conjuratio-
ne, summo furore exarsit, nec ullam vin-
dictæ modum tenuit. Conscii omnes
imo & in quos facinoris suspicio cadere
potuit, alios, magorum pœna, id est
flammis, alios ferro necavit, ita ut urbs

Eunap. in Antiochia sanguine redundaret. In Phi-

Max. pag. losophos, tanquam Magicæ reos inquisi-
tum; delatus est Maximus, quod huius-
modi operationis Magicæ conscius fuis-
set, & truculentas cædes vaticinatus es-
set, quibus peractis Valens insolenti mor-
tis genere periret. Itaque primum An-
tiochiam adducitur, deinde remissus in
Asiam, jussu Festi Præfecti capite trunca-
tur. Hic fuit exitus Philosophi Maximus
quo potissimum Auctore Imperator Ju-
lianus relictis Christianis Sacris ad Idolo-
latriam defecerat. Tantus tunc terror
Philos-

104.

Philosophos invasit, ut jam nemo hoc vitæ genus profiteri, aut vestem gerere auderet; non nulli quoque privati pallia fimbriata abjecerunt, quod ab eorum palliis non abhorrent. Tunc etiam in libros de Magia tractantes inquisitum, satis magni librorum acervi combusti, inter quos etiam multi confusi, qui de litteris humanis, aut jurisprudentia scripti erant. Denique Valens Imperator eo usque malis suspicionibus actus est, ut spectatissimos viros crudeliter neci daret, quorum nomina fatalibus Syllabis, Theod, incipiebantur, nempe Theodoros, Theodosios, Theodotos, Theodulos, aliosque, quorum nomina cum prædictis funestam affinitatem haberent; hos inter sublatus est Theodosius, seu Theodosiolus Theodosii Imperatoris, qui tamen re ipsa Valenti successit, Parens. (*) Multi mortis metu nomen mutarunt.

Sæculum IV.
A. C. 370.

Soz. VI.
c. 35.

Socr. IV.
c. 19.

Circa idem tempus Magi Romæ etiam perquirebantur. Plures hujus criminis anno 370. insimulati, & inter alios celeberrimus Aruspex, nomine Aman- tius. Non nulli etiam Senatores his ac-

(*) Anonymus I. hic bene notat, huic narra-
tioni contrarium esse, quod Fleurius Lib. XVII.
Num. XLIII. refert. Verosimilius est, hunc Theo-
dosiolum alium fuisse a Theodosii Imperatoris
Parente.

Sæculum IV. cusationibus impliciti. Imperator Valentinianus, qui tunc Treviris degebat,

Hier. Chron. an. 371. Am. XXVIII. c. bellum in Germanos movens, cum ejus hac super re mandatum exposceretur, in

1. p. 512. lib. 10. Th. de malef. Magos quidem via juris procedi iussit. eo autem mentem suam aperuit, quod artem auspicandi penitus sublatum noluit, sed cuilibet licitum esse vellet, in Majorum suorum Religioni perseverare, quod

Sup. §. 1. initio sui Imperii edixerat. Sacrificiis paganis jura sua, & exemptiones, etiam in Galliis, ubi ipse erat, salvas esse voluit.

L. 75. 1. 77. Theod. de decur. lib. 12. sicut ex tenore duarum legum annis 371 & 372. latarum apparet. Romæ artem

Symm. X. epist. 54. Victoriæ toleravit, quam, a Constantino ablatam, verosimile est Julianum restituisse. Tandem Valentinianus legem

Sup. XIII. §. 44. L. 1. Cod. Theod. de scen. l. 15. Comicis tulit, quæ hominem in causa Religionis tepidum prodebat. Quia hoc jus professionis homines ad Baptismum non admittebantur, nisi Theatro renuntia-

ssent, Valentinianus jubet equidem, ut si baptizati fuerint, ad ludos scenicos non verti cogerentur, interim tamen mandavit,

ut, si periculo mortis expositi baptismum peterent, res Senatoribus denuntiaretur, qui ad ægrotum mitterent, & in periculi veritatem inquirerent.

Nempe Idololatras timebant, ne, si omnes Mimi Christianam Religionem susciperent, ipsi hujusmodi oblectamenti penitus fraudarentur.

Hæc lex 11. Febr. anno 371. data est. Itaque

Itaque duo Imperatores exercitium Idololatriæ in Oriente, & in Occidente tollerabant. A. C. 370.

§. XXX.

Ordinatio S. Martini.

EO potentius in Galliis Idololatriam expugnabat S. Martinus. Sede Turonensi vacante ob viri virtutem, & miraculorum claritatem in Episcopum exoptabatur; sed cum scirent, difficillime ex suo Monasterio protrahi posse, quidam civium, Ruricius nomine, fingens, uxorem suam cum morte luctantem, & genibus ejus affusus, obtinuit, ut exiret; egressum civium turbæ, quæ in insidiis steterant, in via occupant, & in civitatem Turonensem deducunt; quo non ex illa tantum Regione, sed ex finitimis quoque urbibus innumerabilis multitudo populi confluxerat, ut ipsius Electioni adessent. Omnes Episcopatu dignissimum censebant, si parvum numerum adversantium, etiam quorundam Episcoporum excipias; dicebant enim, hominem esse oris propemodum contemnendi, capillis impexis, vestitu sordido; populus vero talia objicientes ridebat, atque ea ipsa in Martini laudem cedere existimabant. Populi opinionem inexpectatus casus firmavit; cum is, quem ea die Lectoris officio fungi oportebat, per confertos

Sev. Sulp. c. 7.

Urbis M. 2

Sæculum IV. fertos populi globos penetrare non pos-
A. C. 370. set, proximorum quisquam, arrepto Pfal-
 terio, occurrentem primo versum legit,
 eratque ille ex psalmo octavo: *ex ore in-*
fantium perfecisti laudem propter inimi-
cos tuos, ut destruas inimicum, & defen-
sorem; nam tunc vox defensor legeba-
 tur, cum hodie legatur: inimicum, &
 ultorem. Is autem, qui Electioni S. Mar-
 tini maxime adversabatur, erat quidam
 Episcopus, nomine Defensor; credidit
 omnis populus, ipsum per hæc verba fa-
 isse denotatum, & Deo ita disponente
 hunc textum lectori primo factum fuisse
 obvium, ut Dei voluntas agnosceretur.
 Exoritur applausus, quo viri Sancti Ad-
 versarii non parum confusi.

S. Martinus eandem quam prius
 Episcopatu suscepto, vitæ rationem tenens,
 S. Martinus. nens, corde humilis, vestitu pauper, ma-
 xima nihilominus apud omnes auctoritate
 vigeat. Postquam aliquamdiu in
 cellula prope Ecclesiam habitasset, multum
 ob populi ad se venientis frequentiam
 non ferens, Monasterium condidit extra
 civitatem duobus milliariis distans,
 quod hodieque subestans, Majus-Monasterium
 dicitur; temporis locus erat desertus
 hinc præalta, & abrupta rupe, illinc
 Ligeri amnis inclusus, qui non nisi
 per angustum callem adiri poterat;
 ibi cellulam ex ligno structam

structam habebat S. Episcopus, pluresque alii fratres; plerique vero eorum in for-
 veis, quas excisa rupe sibi paraverant, habitabant, atque una earum nostris temporibus ostenditur, quam, S. Martinum incoluisse, ferunt. Octoginta circiter Discipulos numerabat, nullus quidquam sibi proprium possidebat, nulli res vendere, aut emere licebat, quod plerique alii Monachi faciebant. Nullum erat opus manuum præter librorum descriptionem, cui tantum juniores applicabantur. Seniores orationi vacabant. Raro e cellis egrediebantur, nisi ut in oratorio congregarentur. Omnes simul manducabant post tempus jejunii, id est, vespere. Vinum non bibebant, nisi gravi infirmitate pressi. Plerique tunica e pilis camelorum ruditer textis tegebantur, crimen erat delicatius vestiri, quamvis inter eos invenire esset nobili genere ortos, & tenere educatos. Plures ex iis sequenti tempore ad Episcopatum assumpti; nulla enim erat Ecclesia, quæ non Pastorem in Monasterio S. Martini formatum cuperet.

Non multo post suam ordinationem tempore S. Martinus negotii causa ad aulam Imperatoris Valentiniani, qui ple-
 rumque in Galliis morabatur, profectus est. Imperator præsciis, S. Martinum venire, ut peteret, quod ipse non concessu-

Sæculum IV.
 A. C. 370.

Sulp. dial.
 2. c. 6.

Sæculum IV. cessurus erat, in mandatis dedit, ne in
A. C. 370. Palatium admitteretur. Nam Valentinianus tumidi vir erat ingenii, & præcipitis; præterea Justina uxor ejus, cum esset Ariana, mariti animum avertēbat, ne S. Episcopo honorem exhiberet. Postquam S. vir bis, terve in conspectum Principis venire frustra tentasset, ad arma sua domestica convertitur, cilicium induit, aspergitur cinere, nec bibit, nec edit, sed diu, noctuque in oratione perseverat. Die septimo apparuit ei Angelus, jubens, ut audacter Regiam ingrederetur. Ivit S. Martinus, Angeli promissus fretus, aperiuntur portæ, nemo euntem moratur, ad Imperatorem accedit; sed procul venientem videns, cum indignatione quærit, quis aditum permisisset, & appropinquanti non assurrexit, sed flamma ejus subito ardere visa, celeriter surgere coegit; tum agnoscens, divina virtute hæc agi, sæpius Sanctum ulnis complexus, quæcunque vellet, etiam antequam exposuisset, concessit. Sæpius quoque ad colloquium, & ad mensam admittitur; tandem abeunti magna obtulit munera, quæ S. vir, ne paupertatem læderet, accipere recusavit.

§. XXXI.

S. Martini pro fide labores.

Vita. c. 8. In vicinia urbis Turonensis erat quidam locus

locus, quem populus velut sepulchrum alicujus Martyris revere-
 batur, aram quo- Sæculum IV.
A. C. 370.
 que, qui præcesserant Episcopi, ere-
 rant. At S. Martinus, rem non leviter
 credens, a Clericorum Senioribus posce-
 bat, ut Nomen Martyris ostenderetur, &
 Martyrii tempus; cumque traditionem
 certam non inveniret, aliquanto tempo-
 re illuc ire noluit, ne vel Religioni no-
 ceret, vel superstitionem comprobaret;
 tandem una die cum quibusdam fratri-
 bus illuc se contulit, & stans supra sepul-
 chrum, oravit Deum, ut quis his sepul-
 tus esset, sibi revelaret; tum ad lævam
 conversus vidit defuncti umbram, squal-
 lidam, & aspecto truculento, cui, ut re-
 sponderet, imperavit; edixit umbra no-
 men suum, patuitque, esse manes cujus-
 dam furis, ob crimina sua occisi, eumque
 a populo honorari per errorem, quamvis
 nihil ei, & Martyribus esset commune.
 Cæterum soli S. Martino conspicuus fuit,
 cæteri vocem tantum loquentis audie-
 runt. S. vir, ara eversa, populum ista
 superstitione liberavit.

Multi Idolorum templa destruxit, c. 10.
 multas arbores, quæ apud Gentiles sa-
 cræ erant, contempto vitæ periculo cæ-
 cidit. Cum aliquando vetustissimum sa-
 num solo æquasset, etiam pinum loco
 proximam cædere parabat, atque Ponti-
 fex, cæterique ruricolæ renitebantur;
 tandem

Sæculum IV. tandem dixerunt: *si tanta tibi in Deum
A. C. 370.* *tuam fiducia, ipsi nos arborem succidemus,
hac conditione, ut cadenti humeros supponas.* Conditione accepta, passus est se a
paganis ligari, & ipsorum arbitrio in illo
loco poni, quo casura arbor inclinabat.

S. Martinus. Magna hominum turba spectatura aderat.
Monachi ejus focii pavidi stupebant,
jamque arbor, edito fragore, in S. Marti-
num cadebat; ipse, elevata manu, signum
crucis formavit; & ecce arbor, non sicut
acus ac ventorum turbine impulsæ, in
latus adversum decidens, ruricolos terro-
rigentes, qui tutissimo loco stare crede-
bant, tantum non oppressit. Fit clamor
& ferme omnes ex tanta multitudine ma-
nuum impositionem rogantes, in nume-
rum Catechumenorum suscepti sunt.

c. 13. Alio tempore dum templum Idolorum
demolitur in Regione Eduenorum, id est
in territorio Augustodunensi, furens pa-
ganorum turba ei manus injecit, eorum
que audacissimus stricto gladio invalens
vir Sanctus deposito pallio, nudum col-
lum porrexit; at paganus, dum lacertum
percussurus levat, subito pavore corre-
ptus, supinus concidit, factique veniam
rogavit.

c. 14. Alius Idola evertentem occiso-
rus erat, sed pugio, manibus ejus elapsus,
disparuit. Non nunquam gentilibus dis-
cendo persuasit, ut manibus suis templa
diruerint. Antequam Martinus in his
Gallia

Gallia partes devenisset, paucissimi erant Sæculum IV.
A. C. 370.
Christiani, ipse vero oratoriis omnia re-
plevit, nam ubicunque Idolorum latibula
deleverat, ibi Ecclesias, aut Monasteria
ædificabat.

Multa, & magna S. Martinus patra- c. 16.

vit miracula. Quoddam Mancipium Te-
tradii, qui Proconsul fuerat, Dæmonio
liberavit. Treviris puellam paralyticam
jam jam expirantem, dum in os ejus c. 15.
oleum Benedictum infundit, (*) sanat.

Parisiis dum, magna populi turba comi-
tante, portas urbis ingreditur, leprosum, c. 19.
omnium aspicientium horrorem, oscula-
tus est, & Benedictionem impertiit, sta-
tim sanatus est, atque altera die adve-
niens in Ecclesiam Deo Maximo gratias
egit. Fila ex veste, aut cilicio S. Marti-
ni extracta, si ægrotantium digitis, aut
collo circumducta fuissent, saepe sanita-
tem afferebant. Arborius, qui Præse-
ctus fuerat, cum filia quartana vehemen-
te laborantis pectori epistolam, a S. Mar-
tino scriptam, admovisset, illico febris
remisit. Paulino, posteriori tempore san-
ctitate claro, oculo, quo cataracta forma-
ri

(*) Hæc verba: dum in os ejus oleum Bene-
dictum infundit. a Protestante sunt omissa.
p. 289. ut rituum hodiernorum antiquitatem fa-
cilis oppugnet.



Sæculum IV. ri cœperat, dolorem maximum sentiens
A. C. 370. ti, S. Martinus penicillum applicuit, & sanavit. Hæc quædam miraculorum eius pars sunt.

§. XXXII.

Persecutio in Syria.

Soer. IV. Interim Persecutio, quamvis non nihil
l. 32. remissius, in Oriente durabat. Valens
Soz. VI. lente Antiochiæ morante, Philosophus
l. 36. Themistius coram ipso peroravit, & ut
 cunque esset Idololatra, tamen Valentis
 animum in Catholicos mitigavit. Ape-
 bat, non esse adeo mirandi locum, si inter
 Christianos diversæ essent de fide opi-
 niones, nam levem esse eorum discor-
 diam, si cum diversitate, & confusa va-
 rietate opinionum comparatur, quæ apud
 Græcos, (id est, Gentiles) inveniretur;
 quippe in istorum Mythologia ultra tre-
 centas opiniones, quarum unaquæque
 differret ab altera, enumerari posse. Ita-
 que Valens Clericorum sanguini pepercit,
 in exilium tamen eos mittebat, & per-
 secutionis furor quidem remisit, sed
 non cessavit, imo totam Syriam pervasit;
Theod. IV. inter alios S. Pelagius Episcopus
l. 31. Laodicensis proscriptus est; is cum ju-
 venis uxorem duxisset, prima nuptiarum
 die sponsæ persuasit, ut continentiam
 servarent; aliis quoque virtutibus non
 minus insignem Laodicensis unanimiter

in Episcopum elegerunt, quam ubi Eccle-
 siam pluribus annis rexisset, sub Valente
 in Arabiam relegatus est. Ecclesias et-
 iam Chalcidis, & Bereæ persecutio affli-
 xit, ad quas S. Basilus, ut mœrentes con-
 solaretur, & confirmaret, epistolas de-
 dit; ad Ecclesiam Chalcidis scribens, di-
 cit, necdum quidem se, aut Ecclesias
 Cappadociæ persecutionem sensisse, eam
 tamen exspectare, & quid sibi immineat,
 aliarum Ecclesiarum exemplum annun-
 tiare. Dicit etiam, non solum Presby-
 teros, & Clericos Chalcidenses, sed et-
 iam præcipuos de populo tentatione fu-
 isse probatos. Ecclesia Bereensis miserat
 ad S. Basilium Presbyterum Acacium,
 postmodum illius Ecclesiæ Episcopum,
 ex quo peculiarius, quæ passi fuissent, &
 quantum unitus Clerico populus esset,
 didicit; hos sua epistola ad perseveran-
 tiam hortatur, dicitque eorum exemplum
 pluribus jam aliis Ecclesiis profuisse.

In Palæstina Philippus Episcopus Scy-
 thopolitanus, & Patrophili successor, de-
 inde Athanasius Philippi Successor, Ge-
 mellinus, pluresque alii purum Arianis-
 mum prædicabant, affirmantes, Filium
 Dei esse creaturam, & Spiritui Sancto ni-
 hil cum Divina natura commune esse;
 nec tantum illius Regionis Fideles suæ
 hæresis veneno inficiebant, sed etiam Ca-
 tholicos aperta vi persequabantur. Je-

Sæculum IV.
 A. C. 370.

Basil. ep.

297.

Chalcid. ep.

298. 288.

Bereæens.

Epiph. hæ.

73. n. 37. 38.

Sæculum IV. A. C. 370. Ierosolymæ quidam Hilarius, seu Hilario

Arianorum communione infamis, S. Cyrilli Sedem occupabat, adhuc, ut verosimile est, in exilio viventis; nam post Irenæum, quem Ariani in Concilio Constantinopolitano, anno 360. Episcopum Ierosolymitanum constituerant, S. Cyrillus in Sedem suam redierat, verosimiliter sub Juliano, unde tamen iterum ab Hilario pulsus est. Cæsareæ Acacius mortuus ante annos aliquot decesserat, S. Cyrillus, qui tunc erat Ierosolymæ, ejus locum suffecit Philumenem; at Eutychius Eleutheropolitanus, quamvis corde esset Catholicus, in odium S. Cyrilli Arianos sequebatur, & Cæsareæ quemdam alium Cyrillum, qui dicebatur Senior, constituit. S. Cyrillus post hoc in Ierosolymitanam Sedem Gelasium, fratrem nepotem, misit, atque Ariani inter hos tres de Episcopatu litigantes Gavriolum Euzoium Cæsareæ Episcopum creavit, qui cum Euzoio Antiocheno non est confundendus. Euzoius iste Cæsariensis restituentem S. Pamphili Bibliothecam studiose incubuit, noviter libros in Pergamenam transcribi curavit, atque inter alios Origenis opera, quos magno numero, oblivione sepultos, protraxit, eorumque in tabella indicem perfecit. Euzoii litteris non vulgariter imbutus, variaque proprio studio composuit opuscula.

Hier. Chr.
an. 349.

Sup. lib.

XIV. c. 23.

Epiph. hæc.

73. n. 77.

Hier. epist.

141.

Idem de
Scrip.

restituendam S. Pamphili Bibliothecam studiose incubuit, noviter libros in Pergamenam transcribi curavit, atque inter alios Origenis opera, quos magno numero, oblivione sepultos, protraxit, eorumque in tabella indicem perfecit. Euzoii litteris non vulgariter imbutus, variaque proprio studio composuit opuscula.

ra. S. Epiphanius illo jam tempore Epis-
 copus Salaminæ in Insula Cypro tanta
 populi veneratione colebatur, ut, Arianis
 eum aggredi non audentibus, quiete in
 sua Ecclesia permanserit.

Sæculum IV.
A. C. 370.

Hier. epist.
61. c. 2.

§. XXXIII.

Persecutio Edessena.

Sanctus Barses, seu Barsen, postquam diu
 in solitudine vixisset, Episcopus Edes-
 fenus creatus est; hunc primo Valens in In-
 sulam Araden in Phœnicia relegavit; cum
 deinde audivisset, quod solo verbo ægro-
 tos a morbo liberaret, & plurimi ad eum
 confluerent, misit eum in urbem Ægypti
 Oxirincum, jamque iterum viri fama po-
 pulos illuc pertrahente, in locum Thebai-
 dis in finibus barbarorum situm, qui Philo
 dicebatur, migrare jussit. Stratum ejus
 in Insula Arade diu asservatum est, quod
 tempore Theodoretī omnibus veneratio-
 ni erat, quia plures infirmi, cum in eo cu-
 basset, sanitatem recuperabant. Eccle-
 sia Latina memoriam S. Barsis colit vige-
 sima Januarii, & Græca 15. Octobr. In
 Barsis locum Valens Edessæ Episcopum
 Arianum intrusit, sed omnis populus, ur-
 be egressus, ruri congregabatur, cujus rei
 testis ipse Valens fuit, cum Edessam ve-
 nisset, celeberrimam S. Thomæ Apostoli
 Ecclesiam visurus; id vero Imperator ita
 impatienter tulit, ut manu Modestum

Theod. hist.

IV. c. 16.

Ruf. II. c. 5.

Socr. IV.

c. 18.

Soz. VI.

c. 18.

Theod. IV.

c. 16.

Sæculum IV. Præfectum percussit, quod hos populi
A. C. 370. conventus non prohibuisset, jussitque, ut
 milites, quorum Dux ipse esset, & quos
 quot contrahere posset, copias admove-
 ret, & hanc populi multitudinem abige-
 ret. Modestus, ut ut esset Arianus, mi-
 sit, qui Catholicos secreto moneret, ne
 die altera in locum, quo orare solebant,
 convenirent, sibi enim mandatum ab Im-
 peratore, ut eos, qui adessent, puniret,
 his minis se credebat populi congregatio-
 nem impediturum, & iram Cæsaris miti-
 gaturum; at aliud, quam speraverat, eve-
 nit, nam, hac ipsa prohibitione excitati
 Catholici, summo mane ad locum desti-
 natum festinarunt, eumque totum imple-
 verunt. Hoc comperto, Præfectus, quid
 faceret, dubius hærebat, tamen in me-
 dium conventum intravit majori, quam
 pro numero armatorum, strepitu, ut ter-
 rore potius, quam vulneribus populum
 in fugam verteret; cum per urbem transi-
 ret, vidit mulierem pauperem, domo fe-
 stinanter egredientem, & infantem ma-
 nu trahentem, nec ostium domus clausu-
 rat, nec pallium collegerat, quo se mor-
 gentis contegere debuisset; per ordines
 militum, ante Præfectum incedentium,
 gressus præcipitans transibat; Præfectus
 sisti jussam interrogat, quo tam propere
 vaderet? *festino*, inquit illa: *ad campum*
pervenire, ubi Catholici congregati sunt.
 Ergo

Ergo tu sola es, inquit Modestus: qui ignoras, illuc Præfectum cum militibus proficisci, ut omnes, quoscunque ibi invenit, trucidet? scio, respondit: hoc ipsum rumor ad me detulit, at hæc ipsa causa est, cur ita festinem, ne ad occasionem sustinendi Martyrii sevo veniam. Quare autem, reposuit Præfectus: infantem tecum trabis? ipsa: in hunc nempe finem, ut ejusdem gloriæ particeps fiat. Modestus hanc fæminæ constantiam miratus, in Palatium rediit, & Imperatori collocutus, persuasit, ut desisteret ab incepto, cui fortuna simul, & gloria abesse videbatur.

Ergo Valens, mutata mente populo parci voluit, Præfectum vero Modestum jussit Presbyteros, & Diaconos comprehendere, quibus persuaderet, ut cum Episcopo Ariano communicarent, aut urbe ejectos in ultimos Imperii fines relegaret. Modestus omnes congregatos a proposito dimovere conabatur, dicens, Maximi Principis voluntati resistere, insaniam esse; tacentibus omnibus, Præfectus, ad Eulogium cæterorum Præpositum conversus, interrogat, cur non responderet? Eulogius respondit: nihil ex me quæristi. Imo, inquit Præfectus: diu est, quod tibi loquor. Eulogius: ad omnes loquebaris; si mihi soli loquaris, dicam, quid sentiam. Præfectus: Age dum Communionem Imperatoris recipe! Eulogius: an forte Imperator

Sæculum IV.
A. C. 370.

Persecutio
Edeffæ.

Theod. IV.
c. 17. 18.

Sæculum IV. *perator unacum Imperio Sacerdotium*
 A. C. 370. *cepit?* Præfectus, hoc responso incitatus
 inquit: *non hoc dico, (*) insulse! sed hoc*
volo, ut cum iis communices, quibuscum
Imperator communicat. Eulogius: Po-
storem habemus, & bujus mandata sequi-
mur. His dictis Præfectus omnes nu-
 mero octoginta in Thraciam relegavit.

Quacunque S. Exules transirent, maxi-
 ma honoris testificatione a Catholicis
 excipiebantur, quod eorum inimicos non
 parum torquebat. Ex civitatibus, & vicis
 egressi, obviam venientibus procedebant,
 victoriam reportatam gratulantes. Querelis
 hac super re ad Valentem delatis, separari
 eos iussit, & binos deducens, si qui cognatione
 se contingerent, alter ab altero avellerentur.
 Quidam in Thraciam, sicut primo statutum
 fuerat, pergebant, alii ad extremos Arabiæ
 terminos missi, alii in Thebaidis oppida
 dispersi. Sors tulit ut Eulogius, & Protogenes
 ad oppidum, quod Antinous dicebatur, mitterentur.

Hi duo, Clericorum Edessenorum primi, multo tempore
 vitam Monasticam duxerant, Christianis
 virtutibus conspicui; illius loci Episcopum
 invenerunt Catholicum, & eius Eccle-

(*) Hic Præfectus egregius testis est contra
 Protestantes, Potestates Sacerdotii, & Imperii
 distingui.

Ecclesiam adiverunt; cum vero cerne-
 rent, minus frequentes esse Conventus,
 & incolarum plurimos esse Idololatrias,
 ad eos convertendos omnem conatum
 impenderunt. Eulogius Cellulæ se in-
 cludit, ubi diu noctuque orationes conti-
 nuabat. Protogenes in SS. litteris ver-
 satus, & exarandis per notas libris exer-
 citatus, loco commodo invento scholam
 erexit, ubi pueros in hac scribendi arte
 instituebat, Psalmos Davidicos, atque
 textus novi Testamenti aptissimos doce-
 bat. Cum puerorum aliquis ægrotaret,
 Protogenes in ejus domum se contulit,
 & manu prehensum, precibus suis sanita-
 ti reddidit. Audito prodigio, aliorum
 parentes eum in domos suas adducebant,
 rogantes, ut ægrotos juvaret, ipso autem
 orare pro iis renuente, nisi prius bap-
 tizarentur, sanitatis recuperandæ amore,
 in id, quod facere poscebantur, consen-
 tiebant. Dum quis bona fruens valetu-
 dine convertebatur, eum ad Eulogium
 ducebat, pulsabat januam, rogabatque,
 ut ei Baptismum conferret. Ægre fere-
 bat Eulogius, quod sic preces ejus inter-
 rumperentur, at renuentem monebat
 Protogenes, salutem hominum nihil ante-
 ponendum. Omnes mirabantur, quod
 Protogenes, aliis docendis aptissimus, &
 tantorum miraculorum patrator, hono-
 rem administrandi Baptismum alteri da-
 ret,

Sæculum IV.
 A. C. 370.

Sæculum IV.

A. C. 373.

ret, atque inde Eulogii eminentiorem se virtutem arbitrabantur; forte autem nulla alia ex causa cedebat Protogenes quam quod Eulogius in ordine Sacerdotum esset Senior. Ita hi duo viri Sancti sui exilii pœnam in lucrum animarum converterunt.

§. XXXIV.

S. Athanasii obitus. Petrus ejus Successor.

Socr. IV.

c. 20.

Sozom. VI.

c. 19.

*Proter. epist.
ad S. Leon.
t. 3. con. p.
1352.*

Ægyptus sub Valente, quamdiu S. Athanasius in vivis fuit, pace fruebatur. Hujus persecutionis tempore Superos abiit vir Magnus, ut creditur secunda die Maji, anno 373. Obiit in titulo suo Alexandria, cum quadraginta sex annis Episcopatum tenuisset, meritis & annis plenus. Antequam exspiraret rogatus est, ut sibi Successorem designaret; ipse nominavit Petrum, excellentis virtutis virum, ætate, & canitie venerabilem, pietate, sapientia, & eloquentia admirabilem, ærumnarum, & itinerum suorum socium fidelissimum, qui in nullo unquam periculo ejus latus destituerat. Hæc S. Athanasii de Successore ejus deligendo sententia totius Ecclesie Alexandrinæ, Clericorum, Magistratus Nobilium, omnis populi, gaudium suum acclamationibus publicis testantis, suffragiis excepta est. Episcopi vicini stre-

nue adfuere Electionem, & ordinatio-
nem celebraturi, Monachi, relicta solitu-
dine, advenerunt; sic Petrus omnium
Catholicorum consensu in Thronum E-
piscopalem evectus. Nulla interposita
mora, ut mos ferebat, ad præcipuarum
Cathedrarum Episcopos scripsit; respon-
sorias litteras, quas a S. Basilio accepit,
adhuc habemus. S. Damasus Papa quo-
que eidem communionis, & consolatio-
nis Epistolas misit.

Arianis, audito S. Athanasii obitu,
animus rediit, & rem celeriter ad Impe-
ratorem Valentem, qui tunc Antiochiæ
degebat, detulerunt; Euzoio Antioche-
no visum, nemini magis, quam sibi con-
venire, ut Lucium in possessionem Ec-
clesiæ Alexandrinæ induceret, ad quam
fuerat ordinatus. Hanc profectionem
Imperator rati habuit; Magnus Quæstor
cum copiis mittitur, Euzoio præsidio fu-
turus; interim Imperatoris nomine ad
Palladium Ægypti Præfectum, aliosque
Duces, qui ibi erant, Epistolæ datæ, qui-
bus jubebantur Petrum expellere. Pal-
ladius, Idolorum cultor, jamdiu Christia-
nis nocendi cupidus, lubentissime de-
mandatam sibi provinciam accepit; illi-
co Judæorum, & Paganorum turmas,
pecunia, & promissis conductas, colligit,
ad Ecclesiam S. Theonæ procedit, ob-
sidet, mandatque Petro, ut excedat, nisi

Sæculum IV.
A. C. 373.

Bas. ep. 320.

*Socr. IV.
c. 21.*

*Sozom. VI.
c. 20.*

*Theod. IV.
c. 20.*

Petrus Suc-
cessor Atha-
nasilii.

Sæculum IV. vi extrahi malit. Excessit Petrus; tum
A. C. 373. Infidelium cohortibus in Ecclesiam ir-
Theod. IV. rumpentibus, Idolorum laudes decantantibus,
c. 22. auditæ sunt, fit plausus manibus, obscenis
 verbis impudenter Virgines JESU Christo sacræ confunduntur; omnes
 ni pudicas aures occludebant; at insolentes isti, ultra verba furere ausi, Vir-
 ginum vestes dilacerant, nudasque per urbem in triumphum ducunt; si quis
 rentium insaniam mansuete corripere, ut fœminas liberaret, verberibus arce-
 tur; aliquarum harum Virginum pudicitia violata, aliquæ, fustibus in capi-
 cæfæ, truculenter necatæ, nec piis Christianis saltem occisarum corpora sepelire
Mart. Rom. licebat. Ecclesia ut Martyres colit, quibus
13. Maji. illo tumultu in templo S. Theonæ occisi
 fuere.

Illud autem Christiani impatientissime tulerunt, quod Altare indignis modis profanaretur; quippe Infideles altare quasi theatrum conscendere jufferunt adolescentem, ob vitæ infamiam naturæ & sexus sui probum, fuce rubri coloris genas, & nigri supercilia illitum, more Idolorum muliebriter vestitum, id est Bachi habitu; hoc Morione in altari stantem, & procaciter gesticulante, Gentiles, in cachinnos effusi, blasphemias effutiebant. Tum alius, non minori infamia notissimus, corpus totum nudatum

thronum Episcopalem conscendit, quasi ad populum dicturus, & omnino dicere cœpit, oratione impudenti impietatem, effrenem licentiam, impudicitias, ingluviem, furta hominibus suadens, quæ omnia generi humano longe utiliora, quam Doctrinam Christianorum moralem esse contendebat.

Haud multo post Lucius cum Euzoio, & Comite Magno Antiochiam advenit. Lucius ortus erat Alexandria, ab Anti-Episcope Georgio in Presbyterum ordinatus, cui eum Successorem Ariani destinaverant. Hanc suam electionem com-
 probari cupierant ab Imperatore Joviano, qui Lucium contemptim repulit. Post hæc Antiochiæ, vel alibi extra Ægyptum in Episcopum ordinatus est, cum Episcopatum velut munus sæculare pecunia data emisset. Magnus tunc Dominus Imperatoriæ Quæstor erat; is sub Juliano Principe Ecclesiam Berytensem flammis deleverat; eandem postea sub Joviano suis sumptibus restituere coactus est, felicem se reputans, quod crimen capite non luisset. Lucius itaque Ecclesiæ Alexandrinæ possessionem invasit, comitantibus Præfecto Palladio, Comite Magno, militibus, & satellitibus eorum, plaudente Gentilium turba, & in faciem acclamante: *Bonis avibus buc advenisti, Episcopo! qui Filium non adoras,*

Sæculum IV.
 A. C. 373.

Sup. XV.
 §. 56.

Sæculum IV. *ras, Serapis te amat, Serapis te huc ab*
A. C. 373. vexit.

§. XXXV.

Persecutio in Ægypto.

Eodem tempore Comes Magnus partim Presbyteros, partim Diaconos numero novemdecim, quorum aliqui octogennariis majores erant, comprehensos, tanquam magnorum criminum reos coram suo tribunali adduci iussit, ad quos voce clamosa: *Cedite miseri! cedite Ariani, & opinionem eorum sequimini! posita tiam vestræ Religionis veritate, ignoscet Deus necessitati cedentibus;* His verbis promissa, minasque nomine Imperatoris adjiciebat. Responderunt Clerici: *Imo prudentius ages, si spem vanam abjeceris, bisce terriculamentis flecti nos posse! novellum Deum non adoramus, eundem aliquando absque sapientia existisse non credimus, nec etiam aliquo tempore esse Patrem, & aliquo tempore non esse Patrem, nec denique Filium esse in tempore. Patres nostri, in Concilio Nicæno congregati, hunc errorem anathematizarunt, & Filium Patri consubstantialem esse confessi sunt.* Hæc locutos Comes Magnus in carcerem conjicit, & aliquot diebus detinet, adhuc sperans mutari posse; postea autem flagris cædi, & coram populo, Patrum suorum malis ingemiscente,

torqueri; tandem tribunali in balneo pu-
 blico prope portum erigi jusso, circum-
 stantibus plurimis Judæis, & Infidelibus
 ad insultandum SS. Confessoribus convo-
 catis, omnes ad exilium damnat, atque
 Heliopolim in Phœniciam, cujus cives
 omnes Idololatræ, & Jesu Christi nomine
 infensissimi erant, misit. Confestim profe-
 ctionem inire coacti sunt, ipso Comite,
 stricto gladio conscensionem urgente;
 non tempus ad comparanda proficiscen-
 tibus necessaria concessit, non dum ma-
 re, fluctibus agitatum, detumesceret, ex-
 spectavit, nihil afflictissimi populi Catho-
 lici precibus, & lachrymis dedit.

Præfectus Palladius quosdam in car-
 cerem conjici jussit, quod flere auderent,
 atque deinde verberibus dilaniatos, in
 metalli-fodinis laboraturos misit, homi-
 nes numero viginti tres, plerosque Mo-
 nachos; cum illis captus est Diaconus,
 quem Damasus Papa Roma miserat, Ar-
 chiepiscopo Petro suas Epistolas allatu-
 rum; is publice a lictore, manibus retro
 ligatis, perductus, innumeris flagellorum,
 injectorum lapidum, & plumbatorum i-
 ctibus contusus cum aliis navem conscen-
 dit, nullo alio profectiois apparatu,
 quam signo crucis, quo discedens frontem
 munivit; sic ad labores in cupri fodinis
 Phenesium delatus est. Teneri non nulli
 infantes in tormentis occisi, nec saltem
 paren-

Sæculum IV.
 A. C. 373.

- Sæculum IV.
A. C. 373.
parentibus corpuscula prolis suæ tem-
contegere licebat; imo, qui afflictis con-
dolebant, capite truncabantur. Itaque
Euzoius re, ut sibi videbatur, feliciter
perfecta, & Arianis, quamvis hi numero
pauci essent, in Ecclesiarum Alexandria
possessionem immisis, Antiochiam rever-
sus est, cum omnes bonos Alexandria
extremo mœrore confecisset.
- Sozom. VI.*
c. 19.
Haud diu post Lucii adventum, man-
data Imperatoris allata sunt, ut Alexan-
dria, totaque Ægypto pellerentur, qui
Consubstantialem crederent, nempe
omnes, quoscunque Lucio deferre
cuiisset, punirentur. Tunc vero diris-
sima orta est persecutio. Catholici ad
iudicium trahebantur, carceribus includo-
bantur, distendebantur equuleis. Alex-
andria in reliquam Provinciam digres-
sum est malum. Comes Magnus plurimos
Episcopos cepit, qui diversis modis
cruciati sunt; inter hos undecim, qui
unguiculis in deserto vitam Monasticam
duxerant, Diocæsaream Palæstinæ, quam
soli Judæi incolebant, fuere relegati.
Præcipui erant Eulogius, jam semel ante
sub Regno Constantii proscriptus, sic
etiam Adelphius Episcopus Onuphianus
& Ammonius Episcopus Pacnemunanus
hi duo Concilio Antiocheno anno 366
adfuerant, & Isidorus Episcopus Hermo-
politanus, quem Ecclesia Latina 2. Janu-
arii

Persecutio in
Ægypto.

rii colit. Cum quidam Clerici, Mona-
 chique Antiochiæ Imperatori ob crude-
 litatem, quam fratres sui Catholici in Æ-
 gypto paterentur, libellos tradidissent,
 ipse, Arianis semper plus æquo favens, hos
 supplices prope Neo-Cæsaream in Ponto
 in exilium misit, sub cuius climatis rigo-
 re brevi omnes consumpti sunt.

Inter Episcopos Ægypti, qui, quod A-
 rianorum dicerentur inimici, solum ver-
 tere iussi sunt, S. Melas Rinocorurensis
 memorabili bonitate fuit; qui ad eum
 comprehendendum advenerant, viden-
 tes virum Ecclesiæ lampades præparan-
 tem, quasi ministrorum infimum, perizo-
 mate oleo squalente cinctum, & ellych-
 nia portantem, sciscitantur, ubi esset E-
 piscopus? *Adest*, respondet ille: *& fa-*
ciam, ut ei colloqui possitis. Et confestim,
 eos enim haud dubie ex itinere fatiga-
 tos existimabat, in domum Episcopalem
 deducit, atque, mensa posita, quæ in
 promptu haberi poterant, ministrat. Post-
 quam fuissent refecti, ipsum se Episcopum
 esse pronuntiavit; ipsi obstupescentes,
 causam tamen adventus sui non celarunt,
 sed libertatem se, quo vellet, recipiendi
 fecerunt, quippe tantæ virtutis candore
 eorum animos ceperat. Ipse vero ab a-
 liorum Catholicorum sorte dividi noluit,
 atque ultro elegit exilium. Has animi
 dotes in Professione Monastica, cuius vi-

Sæculum IV:
 A. C. 73

Sozom. VI.
 c. 31.

Max. Rom.

Ref. Hist. Eccl.
 Soz. VI.
 c. 31.

Sæculum IV.
A. C. 373.

tæ institutum a puero tenuit, sibi com-
paraverat; frater ejus Solon, qui antea
mercatum exercuit, postquam idem ve-
tæ genus amplexus est, sub fratris Disci-
plina tantum profecit, ut dignus evale-
rit, qui eidem in Episcopatu Rinocoro-
rensi succederet. Hi duo fratres non me-
nus se dignos Successores habuere; So-
zomeno teste Disciplina ab iisdem tracta
suo adhucdum tempore vigeat, quæ
que Ecclesiæ illius Clerici in communita-
te vivebant. S. Melæ memoriam Eccle-
sia 16. Jan. agit.

Mart. Rom.

§. XXXVI.

Persecutio in Monachos.

Ruf. II. c. 3. 4.
Soz. VI.
c. 20.

Neminem atrocius, quam Monachos
persecutus est Lucius, quod Doctrinæ
Catholicæ addictissimos sciret, eorum-
que auctoritatem plurimum valere apud
populum, qui artis Dialecticæ ignarus
veritatem ex parte Sanctorum Monacho-
rum stare nullatenus dubitabat, quos sin-
gularis morum Sanctitas, & præclara mi-
racula commendabant. Cum igitur Lu-
cius Monachos verbis in suam opinio-
nem adduci posse, desperaret, vi age-
dum ratus, frustra tamen fuit. Ipse
eos in deserta infectatus, Duce Ægypti
& plurimis armatis latus stipantibus, in-
venit quotidianis exercitiis vacantes, &

rantes, agrotos sanantes, & Dæmonia e-
 jicientes. Dum aliqui quadam die ad-
 ventum, & ferociam militum intrepide
 expectant, allatus est homo, cujus pedes
 ita aruerant, ut stare non posset; infir-
 mum oleo unxerunt, dicentes ad eum:
*In Nomine Jesu Christi, quem Lucius
 persequitur, surge, & redi in domum tuam;*
 Et dicto citius sanatus est. Persecuto-
 res his miraculis non permoti Monacho-
 rum Psalmodiam turbabant, & suis sedi-
 bus eiciebant, ad ultimum flagris, lapi-
 dibus, armis violabant; ipsi ne quidem
 manum ad avertendos ictus extendebant,
 omni hora parati ensibus caput offerre
 potius, quam Fidem Nicænam deserere.
 Lucius videns, quod sanctæ hujus multi-
 tudinis constantiam vincere non posset,
 Duci Ægypti suasit, ut Abbates Mona-
 chorum Rectores in Exilium mitteret.

Capti sunt ergo duo Macarii, Isido-
 rus, & quidam alii, atque per nocturnas
 tenebras in quamdam Insulam, inter Pa-
 ludes surgentem, diripiunt. In illa Insu-
 la nemo præter Idololatrias habitabat, an-
 tiquis suis superstitionibus deditos, nec
 illuc unquam Evangelium penetraverat.
 Templum in Insula stabat, cujus Sacer-
 dos Numinis instar colebatur. Cum
 Cymba, qua Confessores vehebantur,
 terræ appropinquaret, Sacerdotis filiam
 Dæmon invasit; ipsa, quasi furiis abrepta,
 Y 2 versus

Theod. IV.
6. 21.

Sæculum IV. A. C. 373. versus littus, quo remiges appellere co-
 tendebant, fertur; vociferantem, & gres-
 sus immodice urgentem, domesticorum
 promptissimi, portento territi, insequun-
 tur; tum advenis proxima exclamare
 cœpit: *Magna est vestra potentia, o ma-
 gni Numinis servi! O servi Jesu Chri-
 sti! vos nempe nos urbibus, vicis, monti-
 bus, & desertis expellitis! nullibi quies-
 cere datis; in hac parva Insula de armis
 vestris securos nos fore sperabamus; ve-
 tus est nostrum domicilium, omnibus igno-
 ti hic degimus, nocemus nemini. Si ve-
 ro & hanc habere cupitis, capite, recedite
 mus; quis resistere tantæ virtuti valeat!*
 His dictis, Dæmones, puella in terram
 projecta, fugerunt. Monachi jacentem
 erigunt, moxque salutem corporis, & ani-
 mæ reducunt. Adstantes, quos inter
 erat puellæ Pater, ad Sanctorum pedes
 advoluti, rogarunt, ut se in fide digna-
 rentur instruere, tum satis præparati, sus-
 cepto baptismo, fanum in Ecclesiam con-
 secrarunt. Ita omnes illius Insulæ indi-
 genæ ad Sacra Christiana perducti. Hu-
 jus rei fama Alexandriam perlata, popu-
 lus turmatim ad Lucium concurrere cœ-
 pit, crudelitatem exprobrare, impenden-
 tem Dei vindictam ominari, nisi viros
 sanctos dimitteret; Lucius, cum sedicio-
 nem timeret, secreto mandavit, ut San-
 cti Monachi ad suas cellas redire sine
 rentur.

.VI. Joann.
 .12. 3

Isidorus, & duo Macarii, qui in hac Sæculum IV. A. C. 373.
narratione nominantur, inter omnes to-
tius Ægypti solitarios erant illustrissimi;
Isidorus adhuc puer in monte Nitriensi Palla. Laus. c. 1.
ad vitam asceticam institutus fuerat, lo-
co inter Ægypti solitudines celeberrimo,
a proximo pago sic dicto, ubi Nitrum qua- Id. c. 7. 14. Vit. Patr. c. 21.
tuor ab Alexandria milliariis, quæ ferme
13 Leucas conficiunt, ultra lacum Ma-
rin versus meridiem colligebatur. Hunc
montem quinque millia Monachorum,
varie in quinquaginta ferme domos di-
spersa, incolebant; quidam soli perseve-
rabant, alii bini, terni, aut etiam nume-
ro plures habitabant, nam quisque pro
corporis sui viribus vitam magis, minus-
ve rigidam ducebat, quamvis omnes es-
sent charitate conjunctissimi. S. Isido-
rus, cum S. Athanasius Romam peregri-
natus est, itineris socius fuit, summis il-
lius Civitatis viris notissimus. Presby-
ter ordinatus Nosocomium Alexandri-
num rexit. Erant ei sorores Virgines,
quæ in communitate septuaginta Sancti-
monialium vivebant, & quamvis esset di-
ves, moriens nihil sororibus testamento
reliquit.

§. XXXVII.

Duo Macarii.

Duo Macarii dicebantur unus Ægy- Sup. l. XIII.
ptius, & alter Alexandrinus. Ægy. §. 38. Pallad.
ptius, Laus. c. 19.

Y 3

Sæculum IV. ptius, seu Senior, primus omnium fuit e
 A.C. 373. remi, Scetis dictæ, incola. Cum esset
Vitæ PP. puerilibus annis tanta in eo elucebat præ
 c. 28. dentia, ut infans senex appellaretur. An
 no vitæ quadragesimo miraculorum do
 no præditus est, quo ejectis Dæmonibus
 Energumenos liberavit. Presbyter fuit
 ordinatus, vixitque usque ad annum 391.
 tres mortui ab eo resuscitati memora
 bantur, atque inter istos unus, ut Hæreti
 cum Hieracitum Resurrectionem motu
 tuorum negantem de veritate convince
 ret. S. Macarius Alexandrinus jam Ni
 triæ, jam Sceti, loco trans Nitriam unius
 diei itinere sito, morabatur, eratque Pres
 byter Monasterii Cellarum, quod ultra
 montem Nitriæ decem milliariis, seu tri
 bus leucis positum erat. Locus iste a
 multitudine Cellarum ita dicebatur, quæ
 erant ibi dispersæ tanta distantia, ut ab
 altera ad alteram nec aurium usus esset
 nec prospectus. Monachi harum Cellarum
 incolæ in Ecclesia diebus Sabbatis
 & Dominicis congregabantur. Si quis
 Monachorum deesset, morbo eum de
 neri judicabant; tunc fratres eum invise
 bant, secum ferentes, quibus refocillare
 tur. Hujusmodi casu non existente, nul
 lus alteri jungebatur. Altissimum in illa
 eremo regnabat silentium.

S. Macarii Alexandrini memorabilis
 est abstinentia. Cum aliquando desider
 rium

rium comedendi uvas subiisset, mitissimi, ^{Sæculum IV.}
 & gravidissimi botri ei submissi sunt; ipse A. C. 373.
 vero, ut abstinentiæ meritum augetet,
 ad alium Monachum ægotantem defer-
 ri iussit; is eodem abstinentiæ spiritu bo-
 tros ad tertium, & tertius ad quartum
 submisit, dumque singuli ad alterum de-
 ferunt, ultimus ad S. Macarium, ignarus,
 quod hoc edulium ab ipso primo esset
 profectum, retulit. Septem integris an-
 nis nihil, quod coctum fuisset, comedit.
 Annis tribus quatuor, aut quinque unciis
 panis, aqua molliti, victitavit. Ut so-
 mnum discuteret, viginti dies, & totidem
 noctes sub Cælo transegit, Solis Ægyptii
 ardoribus ustus per diem, & per noctem
 frigore, quod tantum est, ut Regula S. Pa-
 comii ignem excitari jubeat. Cum ad *Reg. c. 5.*
 S. Macarium fama detulisset, quam san-
 ctum esset Monasterii Tabennensis insti-
 tutum, assumpta operarii veste, & quin-
 decim dierum itinere per mediam ere-
 mum confecto, S. Pacomio se sistit, ro-
 gans, ut reciperetur; S. Pacomius ait: *Duo Macarii.*
Ista etate nostram vivendi rationem su-
stinere non poteris, vix aliquis a juven-
tute exercitatus perseverat; tanto rigo-
re offensus discedes, nobis insontibus ma-
ledicens. S. Macarius perseverans in sua
 postulatione nihil cibi sumebat, tandem-
 que ajebat: *Suscipe me, Pater mi! nisi,*
sicut alii vivunt, vixero, expelles me.

Seculum IV. Ergo S. Pacomius fratribus persuasit, ut
 A. G. 373. recipere. In eo autem Monasterio Mo-
 nachi mille, quadringenti vivebant.

Postquam S. Macarius aliquot diebus
 ibi fuisset, tempus Quadragesimæ adve-
 nit; viditque, quod diversorum Mon-
 chorum diversus esset in jejunando rigor;
 hic ad vesperam manducabat; alius post
 duos dies, alius post quinque. Aliquis
 tota nocte stabat, qui tota die sedens la-
 boraverat; Macarius cum ramos palma-
 rum aqua macerasset, ut ad opus facien-
 dum essent idoneæ, stetit in angulo, &
 in eodem situ per integros quadraginta
 dies usque ad Pascha permansit, non pa-
 nem, non aquam gustavit, nec flexit ge-
 nua, nec sedit, aut decubuit; Diebus
 tantum Dominicis pro alimento cruda
 olerum folia sumebat, ut comedere vi-
 deretur, & laudes hominum fugeret, re-
 liquis diebus in silentio, & oratione la-
 borabat. Monachi id videntes, murmu-
 rabant, & ad S. Pacomium dicebant: *Un-
 de hominem istum sine corpore ad nos ab-
 duxisti, ut nos confunderes? aut hunc ex-
 pelle, aut nos omnes abibimus.* S. Paco-
 mius Deum oravit, ut quis iste esset, sibi
 aperiret, dum per revelationem edoctus
 quod esset S. Macarius, manu prehensum
 in oratorium ante altare deduxit, eum-
 que amplexus, ait: *Macarius es! & quis
 esses, me celare voluisti! jam a multo tem-
 pore*

pore sanctitatis tuæ fama ad me delata est, Sæculum IV.
 & te videndi desiderio tenebar. Gratius A. C. 373.
 ago tibi, quod Filiis meis humiliationis
 causam dederis; sed satis jam tuum exem-
 plum nobis profuit, recede, obsecro! &
 ora pro nobis. Ita S. Macarius ad suos
 rediit. Non exiguum miraculorum nu-
 merum in ægrotis, & energumenis pa-
 travit. (*)

§. XXXVIII.

S. Moyses Episcopus Saracenorum.

Saraceni Duce Regina sua Mavia, seu
 magis Maouvia, jam Christiana, arma
 Romanis inferebant. Valens, quem ali-
 bi alii hostes premebant, cum hac Regi-
 na pacem iniit; illa inter cæteras pacis
 conditiones posuit, ut populo suo Epis-
 copus daretur ejusdem gentis vir, Moy-
 ses virtutibus, & miraculis celeberrimus
 Monachus in deserto inter Ægypti, &
 Palæstinæ confinia habitans. Romani
 exercitus Duces non ægre in hanc condi-
 tionem consenserunt; qua ad Valentem
 præscripta, jussit, ut sine mora Moyses
 Alexandriam perduceretur, manuum im-
 positionem de more recepturus, quod
 hæc illis locis proxima esset Ecclesia; et-

Socr. IV.
c. 36.
Sozom. VI.
c. 38.
Theod. IV.
c. 25.
Ruf. II. c. 6.

Y 5 go

(*) Non exiguum &c. Hæc verba Interpres
 Protestans omisit, & Notam eruditione plenam
 addidit, quam nemo petiit.

Sæculum IV. go Præfecti militares Moysen suo defec-
A. C. 373. to evocatum, in conspectum Lucii sistunt

tunc vero Moyses ad Lucium, Magistratibus, & omni populo præsentibus, ait: *Apage! Episcopi nomine indignus sum, si autem, quamvis indignus, pro salute publica ad Episcopatum vocor, Creator cæli, & terræ testor, nunquam me polluerum, ut tu mihi pollutas manus tuas imponas, tot Sanctorum sanguine cruentitas.* Respondit Lucius: *Si, qualis fides mea, adhuc ignoras, æquum non est, ut calumniis deceptus communionem meam averferis; hanc ergo ex ore meo disce, non alieno, sed tuo iudicio judica!* Nil est, inquit Moyses: *quod clarius cognoscam, quam fidem tuam; Episcopi, Presbyteri, & Diaconi in exilium ejecti, in Provincias Infidelium expulsi, ad metalla damnati, bestiis expositi, aut flammis consumpti, quid credas, luculenter testantur, oculi fideliores auribus testes sunt.* Hæc elocutus, juramento confirmabat, nunquam se a manibus Lucii ordinationem recepturum.

Quamvis vindictæ cupiditate Lucius vehementer accensus Virum sanctum morti dare cuperet, fortior tamen mori fuit, ne Reginam Saracenorum offenderet; ergo Moyses, ut ipse volebat ad Episcopos Catholicos, in montem relegatos, ducitur, a quibus accepta manuum imponi-

impositione, nunquam non eorum com-
 munionem retinuit. Christianos paucos
 invenit apud Saracenos, multos vero ipse
 verbo, & miraculis convertit. Effecit,
 ut pacem cum Romanis haberent, quibus
 datam fidem Regina Maouvia servavit.
 Ecclesia memoriam S. Moysis 7. Febr. co-
 lit. Antehac S. Hilarion non nullos Sa-
 racenos ad fidem converterat, & alius S.
 Monachus integram tribum, cum Princi-
 pi eorum, nomine Zocom, prolem mas-
 culam suis precibus impetrasset; pluri-
 mi tamen innumerabilis pene nationis
 Idolis serviebant.

Sæculum IV.
 A. C. 373.

Marty. Sup.
l. XII. §. 18.
Sozom. VI.
c. 38.

§. XXXIX.

Res Ecclesiæ Romanæ.

Interim Petrus, legitimus Alexandria
 Episcopus, post suum discessum ad o-
 mnes Episcopos Catholicos Epistolam de-
 dit, qua ea omnia, quæ Alexandria, &
 partim in reliqua Ægypto crudeliter in
 Catholicos gesta fuerant, pathetice de-
 scribit. Post hæc mare trajiciens, Ro-
 mam ad S. Damasum Pontificem se rece-
 pit, qui omnem ei charitatem impendit.
 Ut Petrus Arianorum crudelitatem ante
 Romanorum oculos re ipsa poneret, ve-
 stem cujusdam Catholici sanguine imbu-
 tam exhibuit, simulque omnibus intuen-
 tibus lacrymas elicuit. Ferme annos
 quin-

Theod. IV.
c. 21.
Socr. IV.
c. 22.

Greg. Naz.
or. 23. p. 413.

Sæculum IV. quinque nempe usque ad annum 373
 A. C. 373. Romæ moratus est.

S. Damasus Papa non obstante, quod
 ipsum Imperator Valentinianus tuetur,
 tur, secura pacè cum Schismaticis, qui
 Ursino adhærebant, non fruebatur. Ur-
 sino Roma ejecto, & sub finem anni 369
 in Gallias proscripso, cum propter Olyb-
 brii Præfecti Decreta in urbe convenire
 non liceret, extra muros frequentissimè
 congregabantur. Hac de re Aginatus,
 Romæ Vicarii Prætorio-Præfecti officio
 fungebatur, ad Imperatorem Valentinia-
 num scripsit, qui Olybrio, & Aginatus
 singulatim rescripsit, ne quoquam loco
 non ultra viginti milliaria ab urbe distan-
 to, schismaticis conventus agere liceret.
 Olybrius urbis Romæ Præfectus erat an-
 no 369. & Prætextato successerat. Duo-
 bus exinde annis, Ampelio Præfecto, se-
 anno 371. Imperator Valentinianus Ur-
 sino cum suorum Sectatorum septem lo-
 cum exilii relinquendi, & quocunque
 vellent, eundi licentiam fecit, si modo nec
 in urbem, nec in regiones suburbicarias
 pedem inferret, quæ vox nihil ferme ali-
 liud, quam urbis Romanæ viciniam
 significare potest. Hoc Decretum ad Am-
 pelium, & separatim ad Maximinum &
 Aginatii Successorem, Romæ Vicarium
 directum. Cœterum Ursinum, aut Se-
 ctatores ejus, quamdiu Valentinianus
 impe-

*Resc. ap.
 Bar. an. 369.
 init.*

*ap. Baro. an.
 371. init.*

imperavit, ultra quidquam movisse non legimus. Sæculum IV.
A. C. 374.

At Luciferiani, aliud Schismaticorum genus, semper Romæ suos agebant conventus, atque ad eos quoque quoddam Rescriptum, datum anno 374. ad Simpliciū Romæ Vicarium, qui Maximino successerat pertinere videtur; in hoc Rescripto Imperator jubet, ut omnes, qui illicita conventicula in Religionis contemptum agerent, ad centum milliaria ab urbe proscriberentur, & qui Episcoporum Catholicorum iudicio fuissent condemnati, ad Ecclesias, quas corrupissent, redire prohiberentur, aut sententiæ latæ retractationem ab Imperatore petere. Verosimile est, vi hujus Rescripti factum, quod Damasus quemdam Presbyterum Luciferianum, nomine Macarium, conventum nocturnum in domo privata agentem capi jusserit; (*) is cum quibusdam

*L. I. Cod.
Theod. de
his, qui lat.
IX. 29.
Rescr Grat.
to. 4. conc. p.
1004.*

*Libel. Marc.
& Faust. p.
65. 66. &c.*

p. 69.

(*) S. Damaso Papæ infensus Interpres hic Notulam adjecit, in qua: *Es ist nicht ohne Wahrscheinlichkeit, daß Damasus den Befehl des Kaisers zu weit gedeutet; wenigstens versichern die beyden Scribenten Marcellinus, und Faustinus, daß der Luciferianer mit keinem Worte darinn gedacht worden. Ueberdies hatte auch das Verfahren Damasi viel hartes an sich. Denn der erwehnte Macarius*

Sæculum IV. dam aliis Luciferianis Presbyteris, & Lucif
A. C. 374. cis in exilium missus. Nihilominus Da
Ecclesia Ro- masus impedire non potuit, quin Lucif
mana. feriani Romæ Episcopum, nomine Aure
p. 65. lium haberent, qui ibi permanens, mor
Sup. l. XIV. tuus est, & Successorem habuit Episc
S. 24. Lib. opum, qui Romæ, Damaso nihil inquire
Mar. p. 73. do proficiente, delituit. Celebrerrimus
ibid. p. 40. omnium inter hos Schismaticos fuit Gre
Hier. Scrip. gorius Illyberitanus in Hispania Boetica
Greg. Bæt. cuius constantiam S. Eusebius Verce
 lensis laudaverat. Luciferiani ei mit
 culorum donum attribuere, idque a Ce
 lo donum causam fuisse, cur nunquam
 fuisset proscriptus, quasi vero Magister
 tus eum proscribendo vindictam divinitus
 in se concitare timuissent. In ultimam se
 nectutem vixit, & varios Tractatus filio
 mediocri scripsit.

*rius . . . wurde bey diesem Ueberfall der
 gestalt mit Beulen, und Wunden zugerich
 tet, daß er, ehe er Ostia erreichte, gleich am
 folgenden Tage seinen Geist aufgeben mußte.
 Etiam si Luciferiani in Rescripto non fuerint no
 minati, tamen satis designabantur per illos, qui
 prohibita conventicula agebant, & qui Episcopo
 rum Catholicorum iudicio fuerant condem
 nati. Frustra igitur Protestans iterum Schisma
 ticorum duorum testimonium affert. Quod de
 S. Damasi crudelitate garrit, etiam de eo omnes
 tacent, si ipsum, & forte duos illos Luciferianos
 excipias.*

Donatistæ quoque suum Episcopum ^{Sæculum IV.}
 Romæ habebant, qui pusillum gregem in ^{A. C. 373.}
 caverna montis extra urbem congrega- ^{Optat. l. 2.}
 bat, hinc etiam dicti sunt montenses.
 Rursus a quibusdam Cutzupites voca-
 bantur. Donatistæ hunc, ita dictum, ^{Sup. l. X.}
 Episcopum Romanum ex Africa mitte- ^{S. 26.}
 bant, aut Episcopi Donatistæ veniebant,
 eumque in ipso loco ordinabant; eorum ^{Epist. Conc.}
 sex, ordine sibi succedentium numeran- ^{Rom. to. 2.}
 tur, qui hujus cavernæ Sedem occupa- ^{conc. p. 1002.}
 runt, nempe Victor ex Africa missus ad ^{Aug. de hæc.}
 hujus Sæculi initium, Bonifacius, Encol- ^{c. 69.}
 pius, Macrobius, Lucianus, & Claudia-
 nus. Eisdem in Hispania etiam Episco-
 pus erat, qui domum, & prædia cujus- ^{Id. ep. 53. al.}
 dam nobilis faminæ administrabat, & ^{165. Aug.}
 iterum alius in ignoto aliquo loco extra ^{II. cont. Pe-}
 Africam Donatistarum Protector in Afri- ^{tit. c. ult.}
 ca fuit Gildo Firmi Regis Mauritanæ fra- ^{Id. III. cont.}
 ter, qui contra Imperatorem Valentinia- ^{Cresc. c. 63.}
 num rebellionem molitus est, & cujus ^{n. 70.}
 afflictas partes post acceptam cladem
 Gildo erexit. Gildonem, dum in Ca-
 tholicos sæviret, ubique Optatus, Epis-
 copus Donatista, comitabatur, hinc sibi
 nomen Optati Gildoniani contraxit.

§. XL.

*S. Optatus contra Donatistas cala-
 mum stringit.*

Sanctus Optatus Episcopus Milevitanus, ^{Hier. script.}
 qui

Sæculum IV. qui nobis nomina Episcoporum Donatistarum Romanorum scriptis suis consignavit, illo tempore sub Valentiniano Imperatore libros edebat; scribendum occasio hæc fuit; cum Parmenianus Episcopus Donatista, & Donati Succellus in Ecclesia Carthaginensi contra Ecclesiam librum scripsisset, plures Catholicos existimaverant, utile fore, si utriusque partis sectatores ad amicum colloquium convenirent; hanc autem reconciliatio- nis viam Donatistæ recusaverant, nec verbo alloqui Catholicos dignati, nec propius accedere, causam prætexentes non licere cum peccatoribus commu-icare. Optatus ergo, cum alia ratione non posset, scriptis Parmeniano respon- dit, & demonstravit, quod aliqua protulisset, Ecclesiæ Catholicæ faventia, illa qua suæ Sectæ omnino contraria, aliqua quæ videri possent Ecclesiæ adversari, vera vero falsa, quale etiam illud effectum quod Ecclesia armatorum manus contra Donatistas expetiisset; id enim Optatus factum fuisse absolute negat.

Hoc Optati opus in sex libros divi- sum est, nam plures S. Hieronymus nescio & de illo, qui hodie pro septimo habetur an ejusdem Auctoris sit, dubitatur. In libro primo S. Optatus historiam schisma- tis Donatistarum refert, & filum suæ nar- rationis usque ad defensionem Felicis
Apru-

Aptungitani continuat; hoc schisma ini-
 tium duxerat paulo ante sexaginta annos
 occasione eorum, qui in Diocletiani per-
 secutione lapsi, traditores fuerant appel-
 lati. S. Optatus ut ostendat, utra pars
 schismatis causa fuerit, his verbis ad Par-
 menianum utitur memorabilibus: *non*
Cacilianus discessit a Majorino, avo tuo,
sed Majorinus discessit a Caciliano. Ca-
cilianus non defecit a Cathedra Petri, aut
Cypriani, sed Majorinus, cujus tu Cathe-
dram tenes, quæ ipso Majorino antiquior
non est. In Libro secundo supponens tan-
 quam Principium inter Christianos non
 controversum, unicam esse Ecclesiam, ex
 Successione Episcoporum in Ecclesia Ro-
 mana, hanc Ecclesiam esse Catholicam
 probat, dum dicit: *negare non potes, in*
urbe Roma Cathedram Episcopalem pri-
imum Petro fuisse datam, qui in ea sedit,
cum esset omnium Apostolorum Princeps,
ut per hanc unicam Cathedram omnes ser-
varent unitatem; ne unusquisque Apосто-
lorum propriam habere contenderet, &
qui aliam erigeret, schismaticus, & pec-
cator agnosceretur. ()* In hac ergo uni-
 ca Cathedra Petrus primus sedit, ei Linus
 successit,

(*) In his verbis invictum latet argumentum,
 omnem Christianorum Ecclesiam Ecclesiæ Roma-
 no-Catholicæ Communionis vinculo non unitam,
 Hist. Eccles. Tom. IV. Z esse

Sæculum IV.
 A. C. 374.

Sup. l. IX.
 S. 34.
 Sup. l. X.
 S. 12.

pag. 439.
 Bibl. P. P.

p. 646.

Sæculum IV. *successit, Lino Clemens, Clementi Anacle-*
A. C. 374. *tus; tum successere Evaristus, Sixtus*
Telesphorus, Hyginus, Anicetus, Pius
S. Optatus *Soter, Eleutherius, Victor, Zephyrinus,*
Milevitanus. *Callistus, Urbanus, Pontianus, Anterus,*
Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus,
Sixtus, Dionysius, Felix, Eutichianus, Ca-
jus, Marcellinus, Marcellus, Eusebius, Ma-
tiades, Sylvester, Marcus, Julius, Lili-
rius, Damasus, qui hodie noster Confrater
est, quocum totus Mundus, sicut et nos
commercio litterarum formatarum com-
municamus. Ostendite Cathedræ vestrae
originem, quæ Ecclesiam apud vos esse affir-
matis! () aliquam etiam urbis Romane*

esse Heterodoxam. Hinc veterum SS. Patrum
 qui Episcopi erant, sicut S. Augustini, Subscriptio-
 nes legimus: Ego Ecclesiæ Catholicæ Episcopus
 omisso Ecclesiæ Particularis nomine.

(*) Id etiam a Protestantibus Catholicos lo-
 cessentibus exigimus: ostendite Cathedræ vestrae
 originem! Cur Protestantes Doctorum, & Se-
 per-Intendentium suorum Seriem reticent? nem-
 pe nunquam non superesset Quæstio: a quo eo-
 rum primus missus fuerit. Certe non sine De-
 Providentia factum, quod non tantum Pontifi-
 cum Romanorum, sed etiam aliarum Ecclesiarum
 Pastorum v. g. Salisburgensium, Frisingensium,
 Augustanorum Successionem habeamus. Si quis
 dicat: Illi Christi Cathedram tenent, qui epi-
 Verbo, nempe S. Scripturæ adhærent; non no-
 diendum

partem vobis tribuistis; si quis vero ex
 Macrobio sciscitetur, ubi sedeat? an pote-
 rit respondere, quod in Cathedra Petri?
 nescio, profecto! an illam aliquando vi-
 derit?

Sæculum IV.
 A. C. 374.

Z 2

diendus est, nam dicit, quod non probat, scilicet ipsum potius, extra Ecclesiam Catholicam positum, quam Catholicos, Sensum S. Scripturæ, v. g. de Eucharistia intelligere. Deinde omnium temporum Hæreticorum hic sermo fuit.

Dominus Samuel Formey Epistolam suam Responsoriam ad Eminentissimum Card. Quirini super Quæstione: an Cardinales illius ætatis vel Lutherus ad reformandam Ecclesiam magis idonei fuerint, anno 1749. in vernaculam linguam translata claudit his verbis: Demnach werden mir E. Eminenz erlauben, daß ich meinen Lehrern, denen das wahre Wort Gottes eben so wohl als den Propheten, und Aposteln anvertrauet ist, so lange treue bleibe, bis ich dringendere Ursachen sehe, von Ihnen abzuweichen. Denn sie haben nichts gelehret, und nichts geschrieben, was nicht aus dem göttlichen Worte geschöpft wäre. . . . Beständig haben sie jenes Gebot des Heylandes eingeschärft: suchet in der Schrift. Denn ihr meinet ihr habt das ewige Leben darinn. Der gnädige und allmächtige Gott aber schaffe, daß diese heilige Richtschnur des Glaubens, und des Lebens endlich einmal allen Christen einträchtig dargegeben werde. Haud dubie illi Doctores, & Pastores meliores sunt, qui se a Jesu Christo missos probant, quod Lutherus non potuit. Di-
 cit

Sæculum IV. *derit; nunquam ad illius Sepulchrum pro-*
A. C. 374. *pius accessit, ubi duorum Apostolorum Me-*
numenta conspiciuntur; edicite! an ei us-
quam ingredi licuerit, & ibi offerre Sa-
crifi-

cit Dominus Samuel in epistolæ titulo, Lutherum fuisse magis doctum, & magis pium quam illius temporis Cardinales. Sed nec Doctrina, nec Pietas Missionem demonstrant. Hic dicit: *das wahre Wort Gottes eben so wohl als den Propheten und Aposteln anvertrauet ist. At quo Signo, quo Indicio, quo Argumento? Si nulla alia Missio requiritur, multi Hæresiarchæ Lutheri nec Pietate, si ita loqui lubet, nam plerique reprobissimum vitæ genus ducebant, nec Doctrina inferiores fuere. Item: Sie haben nichts gelernet. . . . was nicht aus dem göttlichen Worte geschöpft wäre. Quæ autem Auctoritas est, quæ me adducat, ut credam, Reformatores postquam ab Ecclesia Romana defecerunt, verum sensum S. Scripturæ cepisse, nulla præditos Prærogativa, quam non etiam quilibet alius vir pius, & Doctus habeat?*

Ultima verba, & votum, indicant Dominum Samuelem credere, in Provinciis Catholicorum S. Scripturam plebi subdici, quod tamen non fit. Omnibus, præter illa, quæ Die Dominica, & in Festis in Ecclesia explicari audiunt, Dominum S. Scripturam legere licet.

In Præfatione dicit D. Samuel, incredibilem calumnias contra Lutherum omni tempore fuisse confictas. Ricciolum scripsisse: *Er hätte sich des Abends belesen, und besoffen zu Bett gelegt.*

erificium? (*) *fateri cogitur Collega ve-* Sæculum IV.
ster Macrobius, quod sedeat, ubi quondam A. C. 374.
Encolpius sedit, & si Encolpium interro-
gare possemus, diceret, quod Bonifacio
Ballesio successerit, qui rursus potuisset
respondere, se successisse Victori Garbenfi,
jam diu ex Africa ob exiguum errantium
numerum a vestris missio. Quid sibi hoc
vult, quod Secta vestra in urbe Roma nul-
lum Episcopum Romanum habere potuerit,
& qui sibi in hac urbe successerunt, Afri-
cani sint, & homines exteri? quid mani-
festius imposturam prodere possit, non
video.

Donatistæ querebantur, quod fuerint
 a Catholicis crudeliter habit; hæc S.
 Z 3 Optatus

gelegt, und des Nachts hätte ihm der Teufel
 den Hals umgedrehet. In eben derselben
 Nacht wären alle Besessene von dem Argen
 befrejet worden, denn alle Satans hätten sei-
 ne Seele in die Hölle begleiten müssen, und
 keiner ausbleiben dürfen. Der Beweis, mit
 welchem er seine Sache bestätiget, ist dieser,
 daß es einer von den Teufeln selbst ausgesagt
 hätte. Si quis Catholicorum aliqua scribat im-
 prudens, id aliis non est imputandum, multo
 minus Ecclesiæ, nec ideo Lutheri Missio pro-
 batur.

(*) Hæc verba Interpres Protestans perfi-
 da solertia, ne Lectores Protestantes veritatem
 conspiciant, iterum omisit. Alios errores non
 memoro.

Sæculum IV. Optatus verbis expressis negat, contem-
ditque, nullum a Parmeniano Episcopum,

A. C. 374.

nullum alium Ecclesiæ ministrum nomi-
nari posse, qui eos persecutus fuerit;
econtra probrum in Donatistas regerit,
& quanta crudelitate sub Juliano in ad-
versarios suos egerint, fusius enarrat.

Sup. l. XV. Hujus accusationis obtentum Donatistas
S. 32. erat Pauli, & Macarii in Africam profe-
ctio, quos ad unionem procurandam Con-

Sup. l. XII. stans miserat; hinc S. Optatus accusatio-
S. 48. nem, rerum illa occasione violenter ge-

starum, toto libro tertio ab Ecclesia remo-
vet; probat, solos Donatistas hujus sibi
mali causam exstitisse, nullamque in Ec-
clesiam culpæ partem rejici posse; *horum*

p. 457.

malorum, inquit: nos nec voto, nec consi-

p. 458.

lio, & nequidem conscientia rei sumus, ni-
hil hæc accusatio ad nos! dum loquitur
de perorationibus Anti-Episcopi Donati,
ad seditionem movendam aptis, & de
obedientia Potestatibus sublimioribus de-
bita, dicit, Rempublicam non esse in Ec-
clesia, sed Ecclesiam in Republica, id est
in Imperio Romano. (*) Et inferius: *No-*

p. 459.

mo supra Imperatorem est, nisi solus Deus

(*) Ex hoc tamen nulla sequitur confusio,
ut aliqui ex Protestantibus dicunt, aut dari Sta-
tum in Statu, nam Ecclesia non est Status, in-
tellige Politicus; & si etiam minus proprie de-
ceretur Status, nulla inde sequeretur perturbatio,
propter

qui Imperatori Imperium dedit; (*) dum ergo Donatus se supra Imperatorem extol- lit, se ipsum supra humanitatis fastigium collocare videtur, & Diis æquare.

Sæculum IV.
A. C. 374.

S. Optati
Milevitani
Libri.

In Libro quarto dum de peccato originali differit, memoratu digna sunt verba sequentia: *nemo ignorat, omnem hominem in hunc mundum venientem, quamvis ex parentibus Christianis nascatur, sine Spiritu mundi nasci non posse, atque hunc Spiritum ante lavacrum salutare ex homine necessario ejiciendum esse. Hoc exorcismus efficit, per quem Spiritus immundus expellitur.* In libro quinto de Baptismo differit, & demonstrat, Baptismi valorem a Ministri Dignitate non dependere; *operarii mutantur, inquit: & alii* p. 469.

aliis succedunt, at Sacramenta mutari non possunt; ipsa per se, non item homines, sancta sunt. In libro Sexto S. Optatus Sacrilegia Donatistis exprobrat, quæ in Ecclesiis Catholicorum, regnante Julia-

Z 4 no,

propter diversum ordinem, nam Clerici Principibus subordinantur in Civilibus, & Laici Episcopis in Spiritualibus.

(*) S. Optatus non favet opinioni illorum, qui dicunt, Potestatem Ecclesiasticam in Reges, eorumque Temporalia indirecte extendi. Si enim Rex habeat Potestatem aliquam supra se in Temporalibus, æquali modo subditur, sive illa Jurisdictio Titulo directo, vel indirecto exercetur.

Saeculum IV. no, commiserant; ex quo libro cognoscitur, Altaria structa fuisse ex ligno, eaque ad celebrationem Mysteriorum linteo fuisse contexta; præcipue autem, & clarissime ex hoc Optati opere patet, quanta Fidelium reverentia erga Altaria, & vasa sacra tunc fuerit; quod Eucharistiam verum Sacrificium esse crediderint, Spiritum Sanctum in altare descendere, & Corpus Jesu Christi ibi præsens esse, sicut in cruce fuit, quando eum Judæi occiderunt; (*) inter enormia crimina reputasse, altare evertere, frangere, aut ad usus profanos adhibere calices, qui Jesu Christi sanguinem continuerant.

§. XII.

(*) Hæc verba pro reali Jesu Christi Præsentia in Eucharistia contra Protestantes non solum clara sunt, sed nec clariora esse possent, nisi forte dicant, Corpus Christi in Cruce tantum ad speciem, & non vere præsens fuisse.

Interpres Protestant pag. 306. verba: Spiritum S. in Altare descendere. omisit. Si de Cœna Protestantium scripisset, bene fecisset, nam ibi necesse non est, ut descendat Spiritus Sanctus, & panem in Corpus Christi convertat. Rursus idem Interpres pag. seq. verba sequentia: profanos adhibere Calices, qui Jesu Christi Sanguinem continuerant, omisit. Prò fidem hominis!

§. XLI.

*Leges Valentiniani.*Sæculum IV.
A. C. 374.

Imperator Valentinianus contra Donatistas legem tulit, eamque misit ad Julianum Proconsulem Africæ, quæ statuebat, ut ille, qui rebaptizasset, Sacerdotio indignus pronuntiaretur. Data est hæc lex Treviris, decimo Calendas Martii, Valentiniano, & Valente quarto Consulibus, id est, vigesima Februarii, anno 373. Anno superiore, nempe 372. legem ediderat contra Manichæos, ad Ampelium Præfectum Romæ datam, qua præcipiebatur, ut ubicunque congregati inventi fuissent, eorum Magistri severe punirentur, & domus, in quibus docuissent, ad Fiscum Cæsareum traherentur. Lex ista illius inquisitionis effectus fuisse videtur, quæ Romæ anni 371. & 373. contra Magos imperata fuerat, quippe Manichæi quoque Magi, venefici, incantatores, & præstigiatores esse inculabantur.

*Lib. I. Cod. Theod. de Sauct. bapt.**Lib. III. Theod. de hæret.**Epiph. hæret. 66. n. 13. & n. 88.*

Præterea Valentinianus legem Clericis minus honorificam, necessariam tamen tulit. Ecclesiastici, & Continentes, id est, Ascetæ, seu Religiosi, viduas, aut puellas, parentibus orbatas, in ædibus earum invisere prohibebantur, facta consanguineis, & affinibus eorum licentia, tales ad publica tribunalia deferendi. Illud quoque in illa lege statuebatur, Clericos

L. XX. Th. de Episc.

Sæculum IV. ricas a muliere, ad quam Religionis ob-
A. C. 374. tento familiaris accessissent, nec ullo do-
 nationis titulo, nec testamento, aut in-
 terposita tertia persona quidquam posse
 acquirere, apposita confiscationis poena,
 nisi aliunde, & propinquitatis jure talium
 fæminarum hæredes essent. Hæc lex
 ad S. Damasum Papam directa est, & in
 Ecclesiis urbis Romæ tertio Calendas Au-
 gusti, Valentiniano, & Valente tertio
 Consulibus, id est, 30. Julii anno 370.
 promulgata. Nihil credere prohibet
 hanc legem ipso Papa postulante fuisse
 editam, ut potestatis sæcularis auxilio ro-
 primeretur avaritia quorundam Clerico-
 rum, nobiles fæminas Romanas ambicio-
 sium, ut partem divitiarum, quas illæ
 possidebant immensas, eblandirentur.

§. XLII

(*) Hæc Reflexio Fleurii Protestanti Inter-
 preti nullatenus placet, sed calumnias contra
 S. Damasum Papam prosequitur in adjecta Nota.
 Dabingegen andere wahrscheinlicher also ge-
 schlossen: Weil Damasus selbst nicht viel ge-
 tauget, und seine Tugenden die Geistlichen
 nicht bessern können, so habe der Kayser zusah-
 ren, und seinen Befehl öffentlich ablesen lassen
 müssen. Hæc ipse sine omni fundamento. De
 de S. Hieronymi Satyra contra mores quorum-
 dam Clericorum summopere delectatur. Ubi
 nam iste homo nihilominus sicut S. Hierony-
 mus

§. XLII.

Sæculum IV.

A. C. 374.

Martyres inter Gothos.

Circa illud tempus inter Gothos persecutio exorta est, & quorundam Christianorum sanguis effusus. Jam diu Christiana Religio inter illos populos vi-

Euseb. vit. III. c. 7.

gebat, quos veteres nonnunquam cum Scytharum, & Sarmatarum nominibus confuderunt. Theophilus, Gothorum Episcopus, ut Socrates testatur, Concilio Nicano adfuit, & subscripsit. S. Cyrillus Jerosolymitanus suo ævo fuisse Martyres inter Gothos, & inter Persas, testatur; atque alibi Gothos, & Sarmatas illis nationibus annumerat, quæ præter simplices Christianos, Episcopos quoque, Clericos, Monachos, Virginesque habebant. Philostorgius narrat, maximam Getarum, id est, Gothorum multitudinem, sub Constantino Magno patria sua Religionis causa expulsam, advenisse, quos Imperator in Mœsia habitare jussisset; conversionis eorum originem reducit ad illud tempus, quo Imperatore Gallieno in Asiam minorem, præsertim in Galatiam, & Cappadociam excurrerant.

Socr. II. c. 41.
Cyrill. Catech. 10. p. 92.
Catech. 16. p. 186.
Philost. II. c. 5.
Sup. I. VII. c. 58.

Sub

mus in Communionem Romanam viveret, & oculos aperuisset, dum in præcedenti Paragrapho S. Optati irrefragabilia Testimonia propria manu ex Gallico in Germanicum transtulit; extra Communionem Romanæ Ecclesiæ non esse Salutem.

Sæculum IV. Sub Valentis Imperio divisi erant Go-
 thi, & duobus Regibus Fritigerno, &
 Athanarico parebant. Pars eorum maxi-
 ma Idola adorabat, & Christianorum mul-
 ti Martyrio affecti sunt sub Fritigerno,
 quamvis esset Romanorum fœderatus.
 At sub Athanarico, Christianorum hoste-
 dirissima persecutionis procella in Christi
 Confessores incubuit. Multos ille Re-
 diverso suppliciorum genere sustulit,
 quosdam, quod animosius iudicibus suis
 responderent, multos etiam inauditos
 Idolum, currui impositum, per eorum
 tuguria circumduci præcepit, qui Chri-
 sto nomen dedisse accusabantur, hoc Nu-
 men adorare, eique sacrificare jubeban-
 tur, recusantium tectis ignes ingereban-
 tur, quibus unacum suis incolis consu-
 mebantur; ut flammam evaderent, multi
 homines omnis sexus, & ætatis, atque
 hos inter infantes, ubera matris fugentes,
 in illam casam, quæ eis pro Ecclesia erat,
 confugerunt, at huic quoque inhumani
 Idololatræ faces injecere, atque ita om-
 nes uno incendio conflagrarunt. Atha-
 naricus magno Christianorum numero
 interfecto, cum tandem suam ipse crude-
 litatem horreret, reliquos variis modis
 cruciatos, suo regno eiecit, & in Roma-
 norum terras migrare coegit. Hi Mar-
 tyres, teste S. Augustino, erant Catholici
 & necdum Arianorum pestis Gothos in-
 fecerat.

Sæculum IV.A. C. 374.*Sozom. VI.**c. 37.**Socr. IV. c.*

33.

Hier. Chron. in illam casam, quæ eis pro Ecclesia erat,*an. 370. Isid.* confugerunt, at huic quoque inhumani*Chron. Ær.* Idololatræ faces injecere, atque ita om-*407. Aug.* nes uno incendio conflagrarunt. Atha-*XVIII. ci-* naricus magno Christianorum numero*vit. c. 52.* interfecto, cum tandem suam ipse crude-*Amb. in Luc.* litatem horreret, reliquos variis modis*l. II. n. 37.* cruciatos, suo regno eiecit, & in Roma-*v. Rainart.* norum terras migrare coegit. Hi Mar-*acta Martyr.* tyres, teste S. Augustino, erant Catholici*pag. 671.* & necdum Arianorum pestis Gothos in-*Menol. 26.* fecerat.*Mart.*

Inter

Inter tot Martyres paucorum nomi-
na, aut vita nota est. Nominantur Bar-
thus, & Verea Presbyteri, atque Arpila
eremita, qui cum viginti tribus aliis in
quadam Ecclesia congregati flammis con-
sumpti feruntur; horum quidem Mar-
tyrium ad Regnum Imperatorum Valen-
tiniani, Valentis, & Gratiani, sed sub quo-
dam Rege Jungherico, refertur. Sub
Athanarico S. Nicetas, & S. Sabas soli no-
ti sunt. S. Nicetæ illustrius est nomen,
& fama, quamvis de vitæ ejus historia
pauciora, quam de S. Sabæ factis ad nos
transmissa sint. Quæ de S. Saba habemus,
certiora sunt, quia ea, per episto-
lam Ecclesiæ Gothorum ad Ecclesiam
Cappadociæ, quo etiam ejus Reliquiæ
translatæ, nobis tradita, in posterorum
memoria perdurarunt.

Sæculum IV.
A. C. 374.

*Acta Mart.
inc. p. 674.*

§. XLIII.

S. Sabas.

Sanctus Sabas Gothorum de gente, &
ab infantia Christianus, mitis erat
ingenii, pacis amans, & verbis mansue-
tus, doctissimus in rebus Religionis, quam
adversus Idololatrias sine verborum fu-
co, sed virili libertate defendebat. Can-
toris officium implebat, & omnia, quæ
ad Ecclesiæ cultum faciebant, studiosissi-
me curabat. Pecuniam condemnabat,
gulæ illecebras fugiebat, & vitabat fami-
narum

Sæculum IV.
A. C. 374. narum consortium, dies noctesque jejuni-
 o, & orationi intentus, omnium animis
 suo exemplo ad pietatem excitabat. In-
 gruente persecutione, cum Christiani
 Idolothyta manducare cogentur, quo-
 rumdam Paganorum in propinquos suos
 Christianos misericordia consilium sug-
 gessit, ut eis carnes, non immolatas, man-
 ducandas proponerent, & pia astutia per-
 secutores eluderentur; S. Sabas non so-
 lum comedere recusavit, sed etiam elata
 voce pronuntiavit; quicumque man-
 ducaret, jam Christianum non esse. Ita
 plures a lapsu revocavit. Hinc, quibus
 fraus, ut sibi videbatur innoxia, place-
 bat, S. virum oppido ejecerunt; eum ta-
 men post hæc rursus reduxerunt. Cum
 altera vice persecutores rediissent, qui-
 dam Pagani, falsis Diis sacrificantes, ju-
 ramento affirmare parati erant, neminem
 in hac villa esse Christianum; Sabas ve-
 ro audacter in eorum conventum se in-
 ferens, dixit: *nemo pro me juret, nam ego
 Christianus sum*; nihilominus urgentibus
 persecutoribus, propinquos suos abscon-
 derunt, & jurarunt, in hac villa unicuique
 existere Christianum, nempe Sabam.
 Tunc Princeps, eo in conspectum veni-
 re jussu, ex circumstantibus percontatus
 est, quantum hujus hominis esset patri-
 monium? & intellecto, quod præter ve-
 stem, qua tegebatur, possideret nihil, con-
 temptum

temptum abigi iussit, dicens, hujusmodi Sæculum IV.
A. C. 374.
hominem nec prodesse quidquam posse,
nec nocere.

S. Sabas, fervente persecutione, cœlitus monitus est, festum * cum quodam * *nempe Paschale.*
Presbytero, nomine Sansala agere, tertia
abhinc nocte quidam, nomine Atharides,
auctoritate publica cum valida hominum
manu in pagum irruit, Presbyterum in
ejus domo dormientem invenit, & vinciri jubet cum S. Saba, quem pariter ex suo lecto extraxerunt. Presbyterum currui imposuere, at S. Sabam, ut erat, nudum per spinas, quas ante paucos dies incenderant, raptarunt, urgentes, eumque fustibus, & flagellis cædentes; ubi dies advenit, S. Sabas ait ad eos: *an non S. Sabas. me nudum raptastis per loca aspera, & vepretis horrida? videte jam, an vulnerati sint pedes mei, aut in corpore meo ululum verberum, quibus me affecistis, vestigium deprehendere possitis?* Et nullum cujusquam plagæ signum viderunt; tunc prehensum currus axim humeris ejus imposuerunt, manusque ejus extensas ad extremas axis partes alligarunt, pedes quoque axi alteri affixerunt, sicque in terram dejiciunt, super utroque axe expansum; in isto cruciatu maximum noctis spatium relictus est, sed, ministris persecutoris dormientibus, venit mulier, quæ eum solutis vinculis liberavit. Ipse intre-

Sæculum IV. intrepidus in eadem domo permanfit,
 A. C. 374. mulierem, liberatricem suam, quæ nocte
 surrexerat, in præparandis pro domestici-
 cis cibis adjuvans.

Ubi illuxit, Atharides S. Sabam lega-
 tis manibus suspendi iussit. Haud diu
 post hæc advenere ab Atharide missi, qui
 carnes immolatas afferebant, dicentes ad
 Presbyterum, & Sabam: *hæc vobis sub-*
mittit potentissimus Atharides, ut comedatis,
& mortis pœnam effugiatis! non com-
edemus, inquit Presbyter, quia non licet;
dicite Atharidi! expedire, ut nos crucifixos,
aut quocunque alio mortis genere tollat!
 S. Sabas ait: *quis hæc ad nos misit?*
 responderunt: *Dominus Atharides;*
 tum Sabas: *unus est Dominus, Deus,*
qui in cælo est. Carnes istæ impuræ sunt,
& profanæ, sicut & ipse, qui eum misit,
Atharides. His verbis ex Atharidis
 satellitibus aliquis efferatus, teli, quod
 tenebat, spiculum eo impetu in loquentis
 pectus impulit, ut omnes adstantes
 continuo exanimem corruiturum existima-
 rent; ipse vero ait: *tu quidem occisissimum*
me putas, at scito, tam parum quidem
quam doloris me sensisse, ac si lanceum siccum
culum in me coniecisses. Et revera nec
 ictus exclamavit, nec in ejus corpore
 vulneris locum videre erat. His omni-
 bus compertis, Atharides necari eum
 iussit. Igitur, dimisso Presbytero, S. Sa-
 bam

bam ducunt ad flumen tunc Musea, ho- Sæculum IV.
 die Musous in Valachia, ut aquis submer- A. C. 374.
 gerent; ipse dicebat: *quid peccavit Pres-*
byter, quod mecum mori non liceat? re-
 sponderunt lictores: *ejus mortem impe-*
rare, tuum non est. Tum Deum orare
 cœpit, nec toto itinere cessavit; ubi ad
 ripam fluminis ventum, ajebant inter se
 lictores: *cur non potius hunc virum di-*
mittimus? innocens est; nunquam hoc fa-
ctum ad aures Atharidis perveniet. S. Sa-
 bas ait: *quid cunctamini, quod vobis im-*
peratum est, facere? video ego, quæ vos
videre non potestis; ecce in adversa ripa
stant, qui me in Gloriam recipient. His
 dictis proximè aquis admovent, usque in
 finem orantem, & Deum laudantem, &
 projectum in flumen, ligno, quod collo
 ejus alligaverant, præfocant. Etatis an-
 nos numerabat S. Sabas triginta octo, pas-
 susque est die Jovis hebdomadæ Paschalis
 pridie Idus Aprilis, Modesto, & Arintheo
 Consulatum gerentibus, id est, 12. Apri-
 lis anno 372.

§. XLIV.

S. Sabæ Reliquiæ.

Persecutionis ministri corpus Martyris
 ex aqua extractum, reliquerunt inse-
 pultum; a feris tamen & avibus inta-
 ctum, Fideles custodierunt. Junius So-
 ranus Dux Scythiæ, seu Tribunus mili-
 tum,
Hist. Eccles. Tom. IV. A a tum,

Sæculum IV. tum, qui illis confiniis pro Imperatorum
 A. C. 374. præsidio erant, S. viri reliquias in Romæ
 norum ditionem advehi iussit; deinde
 gratum facturum Cappadociæ, Patriæ suæ,
 easdem consentientibus Presbyteris illuc
 misit; S. corpori juncta est epistola Ec-
 clesiæ Gothorum ad Ecclesiam Cappado-
 ciæ, & omnes Ecclesiæ universalis Fide-
 les data. Hæc epistola narrationem Mar-
 tyrii S. Sabæ continet, & clauditur in hæc
 verba: *quare, S. Sacrificium offerentes
 ea die, qua Martyr coronatus est, id ipsum
 fratribus nostris notum facite, ut Dominus
 ob hanc victoriam per totam Ecclesiam Ca-
 tholicam, & Apostolicam laudetur. Sa-
 lutate omnes Sanctos! salutant vos, qui
 nobiscum persecutionem patiuntur.* Non
 levis est conjectura, hunc Ducem Scythiæ
 eundem esse, cui S. Basilii scripsit epi-
 stolam, cujus ultima verba hæc sunt: *re-
 ligiose facies, si Reliquias Martyrum in
 patriam tuam miseris, si verum est, quod
 ad me perscripsisti, persecutionem, quæ in
 vestris regionibus sævit, adhucdum bodie
 Martyres efficere.* Illuc quoque credi-
 tur, epistolam Ecclesiæ Gothiæ ad Eccle-
 siam Cappadociæ, quæ cum Reliquiis S.
 Sabæ missa est, a S. Ascholo Episcopo
 Thessalonicensi, Macedoniæ Metropolita-
 no, fuisse compositam; duas quippe epi-
 stolas S. Basilii habemus ad S. Ascholum
 hac super materia, quarum prima respon-
 sum

Epist. 241.
p. 1015.

Ep. 338.
339.

sum ad Epistolam Ecclesiæ Gothorum esse videtur; in ea gratias Ascholo agit, quod sibi novum Martyrem ex Provincia barbara, Romanis vicina, & trans Danubium posita transmittat, atque etiam pro fidei, & egregia narratione Reliquiis adjuncta; memorat etiam hunc Martyrem ligno, & aqua consumptum fuisse, quod in Martyrii Historia expressis verbis legimus; & tandem S. Ascholo gratulatur, quod Patriam suam, nam & ipse erat Cappadox, tanto munere decoravit.

Sæculum IV.
A. C. 374.

P. 1113.

§. XLV.

S. Basilii, & Eustathii Sebasteni amicitia.

Illo tempore S. Basilio præter continuas corporis infirmitates, quas patiebatur, sæpius cum Ecclesiæ inimicis tam domesticis, quam exteris pugnandum erat. Inter cætera Eustathii Sebasteni Episcopi separationem ægerrime tulit. Cum eo veteris amicitia vinculo conjungebatur, & pro viro pietatis singularis habebat; ex quo erat Episcopus aliquos viros, qui secum labores Episcopales partirentur, Eustathio commendante susceperat. Interim crebræ eundem vacillationes in fide aliquibus Catholicis, præsertim suo Metropolitano Theodoto Episcopo Nicopolis, minoris Armeniæ, cujus Provinciæ

Sup. l. XIV.
S. I.

Ep. 370. ad
Hilar. ep. 79.
urb. p. 895.

A a 2

Sæculum IV. urbs Sebaste erat, Metropolis, suspectam
 A. C. 374. fecerant; hinc Theodotus suam ulterius
 Eustathio Communionem negabat; et
 S. Basilius adduci non poterat, ut ab eo
 separaretur, innocentem credebat, ex eo
 maxime tempore, quo Eustathius Nicæ-
 nam fidem Romæ, & Thyanae professus

Epist. 82. ad fuerat. Cum Theodotus S. Basilius ad
Patroph. ep. Synodum, a se celebrandam, vocasset,
 187 p. 967. S. Basilius suæ charitatis esse arbitratus
 ad Terent. est, ut illuc se conferret; & quia probi-
 ciscenti per urbem Sebasten erat trans-
 eundum, prius cum Eustathio colloqui
 placuit; eidem illos proposuit articulos
 in quibus a Theodoto hæresis accusaba-
 tur, rogavitque, ut mentem suam
 candidè aperiret; *Ego enim, inquit, in tua*
in tua communiōne vivere cupio, si fidem
Ecclesiæ tenes, sin minus, separari a te
cogor. Prolixos hac super re miscuerunt
 sermones, quos ruens nox interrupit, an-
 tequam quidquam certi statuissent; se-
 quenti luce repetiere colloquium præ-
 sente Presbytero Sebasteno, nomine Pe-
 menio, qui S. Basilio vehementer obsta-
 bat; nihilominus in unam tandem con-
 runt sententiam; versus nonam surge-
 tes ad orationem, simul Deo gratias ego-
 runt. Provide iudicabat S. Basilius, ite-
 rum Professionem fidei scriptam ab Eu-
 stathio esse exigendam, ut autem tutius
 res ageretur, super hac confessione Theo-
 dotum

dotum consulere, & ab eo fidei formulam recipere decrevit. Interim, ubi Theodotus rescivit, S. Basilium ad Eustathium invisisse, omittens quærere, quid inter ipsos actum fuisset, eundem, ut ad suum Concilium veniret, ultra non invitavit. Itaque S. Basilus redire cogitur, postquam mediam viam confecisset, sumopere dolens, quod tanti laboris, pro pace Ecclesiarum procuranda suscepti pretium perdidisset.

Cum aliquod tempus effluxisset, Gestafum, S. Meletii prædium, qui tunc ibi morabatur, venit; aderat quoque Theodotus, qui S. Basilium reprehendere cœpit, quod cum Eustathio amicitiam coleret; tunc S. Basilus sui cum Eustathio colloquii eventum narravit, eumque in quæstionibus fidei secum plene consensisse affirmavit; *Atqui, inquit Theodotus: certe quæ concesserat, negavit, quamprimum ab eo recessisti. Imo, reposuit Basilus, pessimi doli suspicio in eum non cadit. Scio ipsius animum a minimo mendacio abhorrere. Ut autem omnis dubitandi causa tibi adimatur, formulam, qua fides clarissime explicetur, ei subscribendam proponamus, si subscribere recuset, tunc me ab ejus communione subtrabam.* S. Meletio, & alio, qui præsens erat, Presbytero, nomine Diodoro, probabatur consilium; ipse Theodotus consensit, ro-

Sæculum IV.

A. C. 374.

Sæculum IV.
A. C. 374.
gavitque S. Basilium, ut ad se, & Ecclesiam suam Nicopolitanam inviseret. Ita tunc quidem discessum, Basilio Getasi remanente; at cum deinde S. Basilium Nicopolim advenit, noluit eum Theodotus ad orationis communionemmittere, nullam aliam causam edicens, quam quod ille in suam communionem Eustathium recepisset.

Ep. 187. p. 966. p. 968.

S. Basilium patienter tulit hunc contemptum, quem suis peccatis debitum putavit; quo non obstante Nicopoli Satalim in Armeniam perrexit, ipsi enim unacum Theodoto incumberebat, illi Provinciae dare Episcopos. Hoc ipsum non sine Imperatoris mandato fiebat, atque Comes Terentius, Christianus, quemque S. Basilium maximi faciebat, sollicitè ei istud negotium commendaverat. At nocerebat Theodoti indignatio, qui, si huic cepto fovisset, non deerant in ejus Diocesi viri pii, idonei, linguæ illius gentis periti, & morum illorum consci, quos submittere potuisset; nihilominus S. Basilium, etiam solus, opus aggressus est; pacem inter Episcopos Armeniæ reduxit, ut noxium torporem excuterent, excitavit, &, ne relaberentur, utiles Leges dedit; Ecclesia Sataliensis ab illo tempore Pastore destituta erat, ex quo Elpidius ejus Episcopus ab Arianis in Concilio Constantinopolitano anno 360. depositus fuerat,

S. Basilium.

Sup. l. XIV. §. 22.

rat; totus populus, urbisque Senatus Sæculum IV. A. C. 374.
 decreto publico a S. Basilio petierunt, ut
 sibi Episcopum constitueret, & constituit
 quemdam, nomine Pemenium. Is S. Ba-
 silius sanguine continebat, eique in Re- Ep. 183. & 296.
 gimine Ecclesiæ Cæsariensis utilissime ser-
 viebat, ipsi æque, ac toti populo charis-
 simus, quo tamen amore hujus Ecclesiæ,
 cui eum necessarium credebatur, privare
 se voluit.

Verumtamen videns S. Basilius, sem- Ep. 82. p. 908
 per Eustathii fidem nemini, præterquam
 sibi, non esse suspectam, in se ipsum quoque
 eandem suspicionem cadere, & quidquid
 diceret, faceretve, tamen dubium alio-
 rum mentibus non eximi, cum altera jam
 vice esset Nicopoli, fidei formulam scri-
 ptam, ad Theodoti placitum concinna-
 tam, quam hodieque habemus, ad Eusta-
 thium perferre in se recepit; hæc formu- Ap. Basil. ep. 78.
 la præcipue ad auctoritatem Symboli Ni-
 cæni, quod in ea totum refertur, confir-
 mandam tendit; explicat, quomodo il-
 lud Symbolum in Deo unicum Essentiam
 admittat contra Arianos, & plures Hypo-
 stases contra Sabellianos. Anathema di-
 cit illis, qui Spiritum S. Creaturam facie-
 bant, & Marcellus Ancyranus nomina-
 tum condemnatur. Eustathius huic fi-
 dei Confessione subscripsit his verbis: *E-
 go Eustathius Episcopus ista tibi Basilio
 legi, & significavi, approbavi, & subscri-*

Sæculum IV. *psi, fratre nostro Frontone, Chor-Episcopo*
A. C. 374. po Severo, & quibusdam aliis Clericis
præsentibus.

§. XLVI.

Eustathius S. Basilio adversatur.

Ep. 80. p. 908
p. 909. Sanctus Basilius, accepta hac formula,
 Concilium Provinciæ, id est, Cappadociæ, & Armeniæ convocavit, ut inter
 Episcopos solida concordia stabiliretur.
 Eustathius seipsum venturum, & Discipulos suos adducturum promisit. Tempore, locoque constituto in S. Basili Diecesi, ipse primus se illuc contulit, ut vicinos exciperet, eosque, qui venire contabantur, per cursores monuit. Interim nemo nomine Eustathii delegatus comparebat, & quos ad eum S. Basilius miserat, reversi attulerunt, se invenisse Eustathii Sectatores turbatos, & murmurantes, quod sibi fides nova fuisset proposita, asseverasse etiam, non passuros, ut Eustathius ad Concilium iret. Tandem postquam diu fuisset expectatus, Eustathius hominem misit, qua se excusatum haberi petebat, nulla eorum, de quibus antea conventum, facta mentione. Præsules, qui ad S. Basilium venire lætissimi festinaverant, quod sinceram pacem firmandam sperarent, confusi, & afflicti recedere coacti sunt. Ita tandem S. Basilius Eustathii hypocrisin agnovit, ejusque
 perf-

perfidiam illis, qui tanto tempore, ne ei ^{Sæculum IV.} fideret, monuerant, melius, quam sibi, ^{A. C. 374.} fuisse perspectam; hanc humiliationis occasionem S. Basilius lubentissimo animo suscepit.

Causa, cur Eustathius suam in fide ^{Ep. 72. p. 867.} mentem prodiderit, hæc erat, timebat nempe, ne Communio Basilii, & fidei Con- ^{ep. 73. p. 871.} fessio, quam suo nomine signaverat, suæ fortunæ apud Euzoium Antiochenum, & ^{ep. 79. p. 898.} in aula Cæsaris noceret, illam enim fidem, quæ rebus suis esset utilior, sibi tenendam existimabat, & temporis serviebat; ergo in publicis conventibus S. Basilii fa- ^{p. 196. p. 980.} mam lacerare, atque erroris in Doctrina inculcare cœpit. Haud diu post, itinere ^{ep. 82. p. 909.} in Ciliciam suscepto, cuidam nomine Galelio formulam suæ fidei pure Arianam tradidit. Ex hac profectioe redux scripsit S. Basilio, se ejus communioni renuntiare, & causam addebat: *Quia Epistolam scripsisti ad Apollinarem, & cum Presbytero Diodoro communicas.* Is erat Diodorus, qui postea in Episcopum Tarsensem creatus est. Hæc, aut similis Epistola S. Basilio allata est a Diocæsis Sebastenæ Chorepiscopo, qui, postquam triduum Cæsareæ consumpsisset, in serum vesperum ad domum S. Basilii se contulit; respondentibus domesticis, Episcopum cubitum concessisse, & dormire, acquiescens recessit; sed altera die non

A a 5 rediit,

Sæculum IV. rediit, Epistola autem, quam ferebat, Senatoris cujusdam familiaribus tradita, in patriam suam rediit.

A. C. 374.

Ep. 82. p. 910 Captata inde occasione Eustathius dixit, jam Basilium intolerabili fastu se gerere, eosque, qui se mitterentur, etiam Chor-Episcopos nolle recipere.

Epistolæ Eustathii S. Basilii nullum responsum dedit, non equidem, quod eum sperneret, sed extremo dolore obrutus, & profundam dissimulationem obtupescens decrepiti senis.

Ibid. p. 911. Eodem tempore Eustathius longum sermonem edidit, mixtis injuriis, & calumniis in S. Basilium, quem Homoousiastam appellabat, & doli mali postulabat, quod se ad subscribendum formulæ induxisset. Hoc scriptum, quod S. Basilium libellum divortii vocat, ad legem antiquam alludens, ad quemdam Diaconum, nomine

Ep. 345. ad Dazizum datum erat, & intra paucos dies per totam Ponti Provinciam omnium manibus terebatur, in Galatiam quoque, Bithyniam, & usque ad Hellepontum delatum est; septem omnino diebus in Diœcesi scriptum illud de manu ad manum peregrinabatur, antequam ad S. Basilium Episcopum potuerit pervenire.

Genethl.
Deut. 24. 1. Summa illius libelli erat, calumnia, quod S. Basilium cum Hæresiarcha Apollinari communicaret, & tanti indicii argumentum, una Epistola, nihil præter vulgares humanitatis formulas continens, ante

septem

septendecim omnino annos ad Apollina-
 rem data, illo tempore, quo tam S. Basi-
 lius, quam Apollinaris adhucdum erant
 Laici; nec ipsam Epistolam, sed tantum
 descriptum exemplum producebat Eusta-
 sthianus; in fine autem errores contra fi-
 dem apposuit, dicens, hæc esse hæreti-
 corum verba, ita ut simpliciores facile
 credere potuissent, eadem sicut & Episto-
 lam S. Basilii esse. His calumniis S. Ba-
 silius nihil nisi modestum silentium op-
 posuit, atque per annos tres librum nul-
 lum in suam defensionem publicavit; a-
 liquas tamen Epistolas ad suos amicos de-
 dit, ut se ab erroribus Apollinaris alie-
 nissimum declararet. Dilucide opinio-
 nem suam cuidam nomine Olympio Neo-
 Cæsariensi aperuit. Scripsit super his ad
 S. Meletium, hanc Apollinaris Doctri-
 nam esse posse, non credentem. Scripsit
 etiam ad Theodotum Nicopolitanum.
 Tunc Eustathius reconciliationem optare
 videbatur, opera S. Eusebii Samosatani
 procurandam, cum vero S. Basilus expe-
 tiisset, ut clare, & expresse profiteretur,
 se omnes illos a sua Communione reji-
 cere, qui fidem Nicænam non reciperent,
 & S. Spiritum Creaturam dicerent, Eu-
 stathius non nisi fusissimo, & universalis
 continente sermone respondit. S. Euse-
 bius hoc responsum ad S. Basilium trans-
 misit, & ad pacem hortabatur, cui S. Ba-
 silius

Sæculum IV.
 A. C. 374.

Ep. 73. p. 872
eod. ep. ad
Genethl. p.
 1121.

Ep. 382. ad
Olymp.
ep. 73. p. 869.

Ep. 382. ep.
59. ad Melet.
Ep. 196. ad
Theod.
Ep. 265. ad
Samof.

Sæculum IV. filius reposuit: *Paratus sum pro pace
A. C. 374. tam dare, si solida sit, & sincera. Respondeat Eustathius uno verbo, quod communioni inimicorum fidei renuntiet, omnium, quæ contigerunt, me solum reum esse confitebor, sed cum hypocrita alteri appropinquare exhorresco.* Ex eo tempore in duas partes Ecclesia Sebastena divisa fuit, una parte adhærente Eustathio, Episcopo suo, altera Basilio. Hæc inter hos duos gesta sunt sub initium Episcopatus S. Basilii, usque ad annum ferme 373. (*)

Ep. 8. p. 793.
ep. 264. p.
1037.

§. XLVII

(*) Hic annotationem subjicit Protestans: In dem 79sten Brief entschuldiget sich Basilius, warum es ihm so schwer worden zu glauben, daß Eustathius ein Arianer sey, ungeachtet &c. Tum ex S. Basilii Epistola 79. refert verba: *Multa cura ac sollicitudine operis est . . . ac multis lacrymis quoque querenda est a Deo veritas ei, qui Fratris velit amicitiam abjicere.* Et subjungit in fine: *Wie sehr wäre es zu wünschen daß dieses von andern gleichfalls wäre in Betrachtung gezogen worden, so würde gewiß das siebenfache Band damit uns die Natur, und Religion mit einander verbunden haben, Eph. 4. &c. nicht so leichtsinnig seyn zerrissen worden. Optimum suspirium! sed quæstio est, quænam Pars temere ab alterius Communione recesserit? Certe Ecclesia*

§. XLVII.

Sæculum IV.
A. C. 374.

S. Basilius coram Modesto.

Persecutionis sub Valente Sanctus Basilius quoque pars fuit. Ipse Valens Imperator Cæsaream Cappadociæ venturus erat, & cum jam non longe abesset, Modestum Præfectum Prætorii præmisit, cum imperio, ut Basilium cum Arianis communicare cogeret, aut urbe ejiceret. Modestus sub Constantio Orientis Comes fuerat, ab Arianis baptizatus; sub Juliano Idola colere visus est, qui eundem Constantinopoli præfecit; & Valens Prætorii Præfectum atque Consulem anno 372. creavit; nempe Modestus callidissime Imperatoris vitiis adulabatur, fociam fovebat, dum diceret, judicis officium infra tanti Principis Majestatem esse, crudelitatem naturalem probando alebat. Ipso potissimum Auctore in Magos fuerat inquisitum. Ipsi ingenii partus fuit illud inventum, quo octoginta Sacerdotes, Constantinopoli a Catholicis ad Valentem delegati, in mediis maris fluctibus flammis consumpti fuerant. Is ergo Modestus ad suum Tribunal

Greg. Naz. Or. 20. p. 348
Theod. IV. hist. 19.
Socr. IV. c. 26.
Soz. VI. c. 16.
Amm. XIX. c. 12. XXX. c. 4. & ibi. Valens.

Sup. §. 28. §. 13.

clesia Romana erat in Possessione. Non multum aberraverit, qui dixerit; Dei vindictam & pœnam inflictam peccatis Christianorum esse funestum Schisma.

Sæculum IV. nal S. Basilium adduci iussit, sedens, omnibus Dignitatis suæ, qua Major in Imperio Romano non erat, insigniis stipatus, lictores, fasces, præcones, apparatus formidinem aspicientibus incutiebat.

Greg. Nyss. I. in Eun. p. 51. Greg. Naz. p. 349.

Præsentem simpliciter nomine suo eum compellans, ait: *Basili! quid tibi vis, quod supremæ Potestati resistas, & sola tanta temeritate sis? Respondit Basilium: Qua in re ego resisto, & de qua temeritate narras tu? De illa, inquit Modestus: qua Imperatoris Religionem non profiteris, postquam paruerunt omnes cæteri.* Basilium: *Hujus rei causa est, quod id mihi Imperator meus prohibeat, & nullatenus adduci possim, ut creaturam adorem, cum ipse ego Dei creatura sim, cui imperavit, ut Deus sim!* Hoc referebat ad illos Scripturæ textus, ubi homines Dii nominantur, præsertim Sacerdotes. Modestus: *Quos denique nos esse putas? An nostram communionem contemptu tuo dignam existimas?* Basilium: *Id quidem verum; Præfecti estis, & viri illustres, non tamen supra Deum timendi. Magni facienda est Principum virorum communio, quia Dei creaturæ estis, non autem pluris estimanda est, quam communio illorum, qui vobis obediunt, non enim status conditio, sed fides Christianos discernit.* Commotus Modestus, de Sede sua exiliens, ait: *Non ergo times, ne iratum me sentias, & poter*

potentia mea effectus experiri cogaris? Sæculum IV.

A. C. 374.

Basilii: *Qui sunt hi effectus? indica mihi!* Modestus: *Privatio bonorum, exilium, equuleus, mors truculenta.* Basilii: *Alia mala minare, si potes, horum quippe nullum ad me pertinet.* Modestus: *Quid ais?* Basilii: *Quia nempe nihil habentem bonorum privatio non terret; nisi forte bos, quibus tegor, centones habere desideras, & pauculos libros, quibus equidem nihil mihi in vita charius. Quid exilium sit, nescio, non enim hanc regionem tanquam meam reputo, patria erit, quocunque delatus fuero, cum Deus totius orbis terrarum Dominus sit. Quid mihi tormenta noceant, vix corporis umbram trahenti? non erit vulneribus locus. Mortem si inferas, gratiam facies, & citius conjunges Deo, cui soli vivo, & ad cuius aspectum jam diu pervenire festino.*

Præfectus, multum miratus viri constantiam, ait: *Nemo unquam tanta audacia Modesto locutus est.* Respondit Basilii: *Forte etiam nunquam in Episcopum incidisti, nam in simili causa similia tibi dixisset. In omnibus aliis causis hominum mitissimi, & obedientissimi sumus, quia Lex nostra id ipsum præcipit. Abest omnis fastus etiam inter private sortis homines conversantibus, quanto magis abest, quando agendum est nobis cum maximis Mundi Principibus? Quotiescunque autem*

Sæculum IV. *autem causa Dei agitur, nihil nisi solum*
A. C. 374. *Deum præ oculis habemus. Tunc ignes,*
gladii, Bestiæ, ungu læ ferreæ delicia vestrae sunt. Itaque minamini, tota, quam-
cumque habetis, potentia vestra nos obrute, torquete, occidite, nunquam tamen,
quod ipse Imperator sciat, ex hoc certami-

Greg. Nyss.
I. in Eun.
c. 50.

ne victores abibitis. Præfectus, intelligens Basilium vinci non posse, honestius ei loqui cœpit, dicens: Nihil ergo te moveat, quod possis, si velis, Cæsarem, Romani Imperii Dominum in medio populi tui conspicere, & inter tuos auditores numerare? si ex Symbolo unicam vocem, substantialis, expunctam volueris, totum negotium confeceris. Respondit Basilius: Hanc rem maximi facio, Imperatorem in Ecclesia, & communionem cernere, nam uniuscujusque animæ ingens est pretium, quod vero ad Symbolum spectat, non solum quidquam addi, vel demi non patiar, sed nequidem verborum ordinem mutare feram. Modestus: Noctem tibi ad deliberandum concedo. Basilius: Cras laus alia, non alia mihi sententia erit.

§. XLVIII.

Valens in Ecclesia S. Basilii.

Greg. Naz.
p. 350. 351. *Præfectus Modestus, dimisso S. Basilio celeriter ad Imperatorem reversus dixit: Domine! victi sumus! Episcopus iste minis omnibus superior est, nisi vi-*

geris, nihil ages. Imperator vim ei in-
ferri vetuit, cumque sincere ejus com-
munionem recipere pudor prohiberet,
timorque, ne inconstantis animi notam
incurreret, simulavit tamen, & Ecclesiam
S. Basilii ingressus est. Dies erat Epi-
phaniæ; venit Cæsar, integra Prætorianorum
cohorte comitante, atque ad speciem
populo catholico mixtus est. Tunc
vero ut Psalmorum cantum audiit, vidit-
que populum immensum, pulcherrimum
in ipso Sanctuario, & locis proximis
ordinem, sacros Ministros Angelorum
speciem referentes, S. Basilium ante
altare, corpore immoto, oculis vixis,
spiritu in Deum collecto, stantem,
ac si nemo adesset præter eos, quibus
familiariter adsuevisset, atque omnes
Episcopum circumstantes sancto metu,
& reverentia plenos, ad rei, nunquam
antea visæ, spectaculum ita obstupuit,
ut ei caput quasi vertigine ageretur,
& oculi caligarent; nemo statim
ad tantam animi perturbationem
advertit, sed cum oblatum, quod
manibus suis præparaverat, Sanctæ
Mensæ fuit inferendum, nemine illud
pro more accipiente, quod nemo sciret,
an S. Basilium acceptaturus esset,
tam trepide ingrediebatur Valens,
ut, nisi vacillantem Ministrorum
sacrorum unus manu extensa
sustinuisset, turpiter cecidisset.
Hæc narratio, ex S. Gregorio Nazianzeno
Hist. Eccles. Tom. IV. B b no

Sæculum IV.
A. C. 374.

Sæculum IV.
A. C. 374.

no desumpta, plura habet notatu digna. Hicprehenditur, ut quis in plena Ecclesiæ communionem esset, non suffecisset, precibus interesse, imo & dona ad altare deferre, sed necesse fuisse, ut de Eucharistia participet; panem, quem quisque offerebat, suis manibus fuisse paratum, & ab isto usu nequidem Imperatorem fuisse exemptum; non enim apparet, hæc dona aliquid aliud, quam panem fuisse. Denique quamvis Valens esset Arianus & perturbus, & Ecclesiæ persecutor, eum S. Basilium non tantum non excommunicatum, sed etiam in congregationem Fidelium ingredi permittit, & ejus oblatum recipit; id quidem verum, quod ex his scribitur non possit, an eum quoque S. Sacrificio adesse passus fuerit.

Greg. Naz.
p. 351. & ibi.
Nicet.

Alia quoque vice Imperator aliquantulum in Conventu Fidelium communicavit, intra velum etiam Diaconia, seu Sacristia ingressus est, & quod a multo tempore cupiebat, S. Basilio colloqui cepit. S. Gregorius Nazianzenus, qui colloquebatibus adstabat, testatur, S. Basilium tunc coram Imperatore, omnium audientium judicio, facundia, supra humanam, fuisse elocutum. Inter cæteros adstantes etiam aliquis ex Imperatoris dapiferis, nomine Demosthenes, qui, S. Basilium reprehendens, barbarismum loquebatur, hunc S. Basilius intuitus, & subridens, ait: *De*

Theod. IV.
c. 19.

mosthenes ignorans! Demosthenes, ludibrio excitatus, minas injecit, responditque S. Basilius: *Cura, ut Imperatori, ad mensam accumbenti, nihil desit, theologica Theologis relinque.* Imperator S. Basilii sermonibus exquisitis captus, & delinitus, humanius Catholicos habere cepit; prædia, quæ in illis regionibus possidebat valde pingua, ad usum pauperum leproforum donavit.

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. XLIX.

Deus S. Basilium tuetur.

At Ariani continuo Imperatoris Valentis latius obsidentes, mitigatum animum brevi iterum in transversum egerunt; ipsis auctoribus ultimum admovit arietem, ut S. Basilium ad communicandum cum Arianis cogeret, invicte resistentem exilio damnavit. Jamque omnia luctuosæ perfectioni parata erant, juncta erant curru jumenta, S. Basilius turba amicorum circumdatus, æquo animo se itineri accingebat. Nox erat, & Imperatrix Dominica, hujus persecutionis causa, horrendis terrebatur somniis, & acutissimis doloribus torquebatur; simul filiolum, quem ex suo cum Imperatore conjugio susceperat, Galatem nomine, adhuc infantem eadem nocte violenta febris corripuit, & in extremum adduxit vitæ periculum; tunc illa ad

Soz. VI.
c. 16. Socr.
IV. c. 26.
Greg. Naz.
p. 352.

B b 2 Impe-

Sæculum IV. Imperatorem dicebat, hos sinistros casus
 A. C. 374. haud dubie a vindicantis Dei manu pro-
 venire. Interim infans cum morte lu-
 ctari videbatur; cumque nihil opis in
 medicis esset, ad preces omnes convertun-
 tur, ipse Imperator, humi prostratus, vi-
 tam parvuli a Deo deprecabatur; suo-
 rum charissimos ad S. Basilium mittit, o-
 ratum, ut alacriter veniret ad Regiam;
 ipso Palatium intrante, melius habere cepit
 puer, spes omnibus rediit, S. Basilium
 in se recipiebat, sanitatem ejus suis pre-
 cibus a Deo impetrare, si modo potestas
 sibi fieret, puerum in Doctrina Catholi-
 ca instituendi. Accepit conditionem Im-
 perator, in preces se dedit Basilium, & sa-
 natus est puer. Haud multo post vero
 iterum Valens Arianorum importunita-
 ti cessit, & juramenti memor, quo se, Ba-
 ptismum recipiens, in manibus Eudoxii
 obstrinxerat, consensit, ut ab eis filius ba-
 ptizaretur, qui relapsus in morbum haud
 diu postea animam egit.

Necdum tristis casus animum Valen-
 tis fregit; sed Ariani S. Basilii præsentiam
 impotenter ferentes persuaserunt Impe-
 ratori, ut eum in exilium mitteret. Ex-
 aratum erat Decretum, cui ut subscribere
 ret Valens, manuprehendit parvam
 rursinam, qualibus veteres, sicut nos
 hodie calamis, utebantur, & quarum ad-
 huc in Oriente usus est; sed con-
 fracta

*S. Eph. in
 Bas. p. 65.
 edit. Cotelier.*

fracta est arundo, quasi operam scripturo Sæculum IV.
negaret; assumpta altera similiter in par- A. C. 374.
tes diffiliit; ipse proposito pertinaciter
suo intentus corripit & tertiam, sed & ter-
tia pariter soluta est; tum dextram con-
tremiscere sentiens, & subito horrore
turbatus chartam laceravit, & retractato,
quod dederat, imperio, S. Basilio in sua
Ecclesia pacem concessit. Præfectus quo-
que Modestus aliam mentem induit; cum
brevi post hæc tempore in morbum inci- *Greg. Naz.*
disset, S. Basilium rogavit, ut ad se invise- *p. 353.*
ret, seque in ejus ad Deum preces magna
humilitate commendavit; recepit vale-
tudinem, idque se S. Basilii orationibus
debere publice profitebatur, nec unquam
postea prodigia ab eo patrata enarrare
cessavit; amicitia etiam vinculum ex- *Ep. 274.*
inde utrumque colligavit, & S. Basilius suo *275. &c.*
suffragio apud Modestum plurimum va-
luit, id enim ex pluribus S. viri Epistolis
apparet ad Præfectum datis, quas reve-
rentia æque, ac fiducia dictasse videntur.

Præfectus alius, nomine Eusebius, Im- *Greg. Naz.*
peratricis Dominicæ patruus, & juxta *ibid. & Ni-*
eam Arianus, S. Basilium persecutus est; *cet. n. 79.*
persecutionis occasio fuit vidua illustri
genere, quam aliquis ex Præfecti Assesso-
ribus invitam ad nuptias parabat com-
pelle; ipsa in Ecclesiam ad sacram mensam
confugit; extradi Præfectus jussit, quod
vero se facturum Basilius strenue negavit.

Sæculum IV. In furorem actus Præfectus quosdam suorum immisit, qui mulierem in ipso ejus cubiculo, non absque gravi S. Episcopi contumelia, perquirerent, quamvis non solum nunquam illuc fœminas reciperet, sed eæ vix in Virum sanctum oculos attollere auderent. His minime contentus Præfectus adduci sibi S. Basilium jussit, ut tanquam reus causam diceret; sedens ergo pro tribunali, & S. Basilio stante, imperat, ut attritum palliolum, quo humeros operuerat, ab eo diriperetur; S. Basilium ait: *Si jubes, etiam tunicam exuam.* Jussit Præfectus, ut verberaretur, & unguis ferreis discerperetur. S. Basilium dicebat: *Si mihi jecur evulseris, grandi malo liberaveris, vides enim, quod hepaticus sum.* Interim tota civitas, comperto Episcopi sui periculo, excita infremuit; nulli e civibus furiosius quam in textrinis, & armamentariis Cæsareis opifices exsilire, cuique instrumenta, quibus ad opus suum utebatur, pro armis erant, aut quidquid promptius manu apprehendere potuisset; fœminæ, quibuscunque, si quæ antea ad laborem muliebrem apta, & nocere poterant, præ manibus essent, correptis, concurrunt ad Pastoris sui auxilium; actum erat de Præfecti vita; sed supplex furentibus occurrit, ne sic quidem vitæ securus, nisi S. Basilium sua auctoritate periculo liberasset.

§. L.

§. L.

Sæculum IV.
A. C. 374.*S. Gregorius ordinatus Episcopus
Sasimensis.*

Præter externorum hostium assultus, *S. Greg. Naz.*
 Basilio contra vicinorum quoque *E. or. 20. p. 355.*
 piscoporum invidiam pugnandum fuit; *Epist. 379. ad*
 purissima ejus fides quibusdam causa odii *Martin. 361.*
 erat, nam plerique ideo veram Doctrinam *ad Abyrt.*
 confitebantur, ne populorum pietatem of- *331. ad So-*
 fenderent. Factorum gloria, qua S. Ba- *phron.*
 filius eminebat, eo ferventius urebantur,
 quo magis vulnus prodere pudor veta-
 bat. Hinc, occurrente occasione, in di-
 visionem Cappadociæ in duas Provincias
 libentissime consenserunt, quod scirent id
 S. Basilio summam molestiam creaturum;
 is novæ molitioni restitit, quantum po-
 tuit, ut urbis suæ Cæsariensis utilitati con-
 fuleret, cui hæc divisio plurimum detri-
 menti ferebat; sed frustra fuit; in duas
 Provincias divisa est Cappadocia, nempe
 in primam, cujus Metropolis Cæsarea per-
 mansit, & secundam, cujus Tyana urbs
 caput fuit. Tunc Anthimus Episcopus
 Tyanæus postulavit, ut hæc divisio, a sæ-
 culari Regimine imperata, in Ecclesiasti-
 co quoque locum haberet, Episcopi secun-
 dæ Cappadociæ sibi, ut Metropolitanano o-
 bedirent, & nulla amplius in eos Basilio es-
 set jurisdictio. S. Basilius antiquos limi-
 tes, & Provinciarum divisionem, a Majo-

Bb 4 ribus

Sæculum IV. ribus suis acceptam, conservare volebat; **A. C. 374.** sed novus Metropolitanus Concilia celebranda turbabat, & in suas partes quosdam Episcopos pertrahebat, qui ita frigde cum S. Basilio agebant, ac si eum nunquam antea novissent. Anthimus Presbyterorum aliquos suis sermonibus cepit, alios e suis Ecclesiis ad alias transtulit. Quosdam sibi Ecclesiæ Cæsariensis proventus retinuit, illos potissimum, qui ab Ecclesia S. Orestis in monte Tauro reddebantur, & in via ducente Cæsaream per Tyanam vehebantur. Majus illud est, quod semel S. Basilium per viam angustam prætereuntem tenuerit, & mulos abstulerit. Ut vero his injuriis justitiæ speciem affingeret Anthimus, S. Basilium erroris in fide accusabat, dicebatque hæreticis nullum tributum esse pendendum. Anthimus pro quadam Ecclesia in Armenia Episcopum, nomine Faustum, ordinavit, quem justissime S. Basilius ordinare recusaverat, irrisitque Virum sanctum, quod ita scrupulose Canones observandos existimaret.

At in adversis crescebat S. Basilii constantia, non eum Anthimi improbitas a proposito dimovit; plures ad Ecclesiæ emolumentum in illa Provincia instituit Cathedras; in Episcopatum erexit Sasamam, oppidum in via publica, quæ per mediam Cappadociam ducebat, & in

utrius-

*Greg. p. 356.
Bas. ep. 195.
ad Theod.
313. ad
Pæmen.*

utriusque Provinciae finibus situm; ad novam vero Sedem occupandam S. Gregorium Nazianzenum destinabat; Gregorius Episcopatus nomen averfatus, negabat primo se Episcopum futurum, & longissime ab hac Dignitate suas cogitationes divertere affirmabat; aiebat praeterea, locum hunc esse ad Sedem Episcopalem minime commodum, viam esse publicam, quam hominum advenarum quasi colluvies insedisset, deficere aquam, pascuam, & quaecunque reddere vitam jucundam possent, ubi nihil praeter tumultum, & miseriam videas, jurgia quoque perpetua cum Anthimo sibi nascitura; tum sui ingenii fervore plus justo non nihil abreptus, inquit: *ad hanc vitae rationem suscipiendam major; quam nostra sit, virtus requirenda est;* & denique amicitiae jure liberrime usus, de Basilio querebatur, quod decepisset se, cum ad vitam solitariam fuisset exhortatus, ut deinde ad negotia publica pertraheret.

S. Gregorius juste conqueri plerisque videbatur, & dure nimis tractari ab amico; S. Basilius vero in suo proposito immotus perstitit; unice, & super omnia salutem animarum quærebat, nec amplius apud eum amicitiae jura valebant, quando de majori Dei gloria agebatur; cum nihil supra Episcopatus fastigium esse existimaret, nulla ei sedes, qua Episcopus se-

Bb 5 deret,

Sæculum IV.
A. C. 374.

Or. 7. p. 143.

S. Gregorius.

Sæculum IV. deret, angusta videbatur; noverat etiam
 A. C. 374. Christianam amici sui humilitatem, &

Or. 5. p.
 135.

Orat. 5.
 p. 134.

S. Grego-
 rius Nazi-
 anzenus.

Greg. ep.
 32.

quod ab eo exigeret, neutiquam viribus
 ejus majus esse constabat. Gregorii quo-
 que Parens juncta cum Basilio opera filio
 persuasit, ut Episcopatum Sasimensem ac-
 ciperet; ergo ordinatus est, quamvis se-
 cut ipse testatur, coram ordinante caput
 magis, quam cor inclinaret. Hac occa-
 sione, ut mos ferebat, brevem orationem
 pronuntiavit, in qua illatam sibi amico-
 rum vim Tyrannidem appellat, fatetur-
 que, se in Basilius animo vehementer
 fuisse commotum, at nunc primos motus
 damnare, atque plene esse reconciliatum.
 Paulo post aliam orationem præsentem Pa-
 tre, S. Basilio, & aliis, qui eum ordinave-
 rant, dixit, in qua fusius causas explicat,
 cur adeo onus Episcopale suscipere ti-
 muerit, & quam terribilis Episcoporum
 sit obligatio, demonstrat. Post hæc ali-
 quando S. Gregorius S. Basilius frater, jam
 tunc Episcopus Nyssenus in Cappadocia
 in quemdam locum, ubi Martyrum age-
 bantur festa, advenit, tuncque iterum S.
 Gregorius Nazianzenus ad populum di-
 cens, de sua ordinatione mentionem fa-
 cit, & quantum in ea suscipienda animus
 repugnasset; queritur etiam sero nimis
 advenisse Gregorius.

Interim quia Gregorius Sasimam adi-
 re cunctabatur, S. Basilius ejus tardita-
 tem

tem increpavit, cui respondit S. Gregorius: *gratissimum mihi negotium est, negotiis cavere, hæc est gloria mea! si omnes me imitarentur, tota Ecclesia esset in pace.* Nihilominus hujus Sedis possessionem adire paranti, opposuit se Anthimus, occupatis palustribus viis, quibus Sasinam aditus erat, & ad S. Gregorii minas, quas intentabat, risit. Anthimus deinde Nazianzum ad Gregorium Senem invisit, movitque omnem lapidem ad permovendum filium, ut se tanquam suum Metropolitanum agnosceret, & subjectus esset, hac conditione promisit, permitturum se, ut quiete in sua Sede moraretur. S. Gregorio intolerabile videbatur postulatam, hinc Anthimus iratior, quam venisset, ab eo discessit. Scripsit ei deinde solemnem epistolam, qua eum, ut suum suffraganeum, ad Provinciæ Concilium vocabat; hæc vero epistola S. Gregorium vehementer offendit; tum Anthimus rogare, ut saltem ipse S. Basilium ad ineunda quædam pacta permoveret; sed S. Basilio displicuit, quod amicus ejus cum Anthimo hac super causa pacisci cœpisset; tot difficultatibus absterritum S. Gregorium novi Episcopatus tœdium subiit, & nullo unquam Episcopi officio functus, in solitudinem auffugit, ubi in quodam Nosocomio ægrotis pro morum Magistro simul, & famulo erat.

Sæculum IV.

A. C. 374.

Id. ep. 33.

Carm. p. 9.

Carm. p. 8.

vita Greg.

p. 15.

§. LI.

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. LI.

*S. Gregorius Ecclesiæ Nazianzenæ
cum Patre præest.*

Carm. p. 8. 9. Sanctus Gregorius Senior non diu filium in illo secessu vivere passus est; primo quidem hortando instabat, ut Regimen Ecclesiæ suæ Sasimensis suscipere, cum vero hac ex parte inflexibilem invenisset, rogavit, ut secum Ecclesiæ Nazianzenæ onus vellet partiri, seque in extrema Senectute adjuvare; Gregorius instantissimis precibus Parentis, se teneri me amantis, resistere non voluit; noluit tamen se obligatum videri, ut post obtum Patris Episcopatum urbis suscipere, cum ad id nec promisso, nec canonica

Orat. 8. Electione teneretur. Hac occasione pro concione dicens, ad Patrem suum conversus ait: *non immerito, Pater! illam tuam animi magnitudinem, Majoribus nostris dignam, admiror; scrupulum contempsisti, quo multi nostro ævo laborant. Non times, ne sint, qui dicant, hic bonum Ecclesiæ tuæ Spirituale obtendi, quo amor carnis, & sanguinis involvatur, cum quotidie plerique minimi gregis curam, rem magnam, & Regni quoddam genus existiment.* Edicit deinde, se nihil aliud promittere, quam Patrem Senem adjuvare, postea vero libere Spiritus S. instinctum secuturum, nec cuiquam jus fore, ut Patre mortuo invitum ad suscipiendam curam

p. 148.

ram Episcopalem cogat. *Nam a Christi-* Sæculum IV.
A. C. 374.
stianorum lege, inquit: abhorrens est, in-
uitos cogere, omnia libere fiant, Episcopi
Magistratus non sunt, sed Præceptores;
Religionis Mysterium plena voluntate sus-
cipientibus proponendum est, non cum im-
perio obtrudendum.

Dum S. Gregorius cum Patre suo Ec-
 clesiam Nazianzenam regit, Hellenius
 ejus amicus tributi Cæsareis in ea urbe
 Præfectus erat; ab hoc petiit Gregorius, *Bas. ep. 33.*
 ut decem, duodecimve Monachis faveret, *259.*
 illis ipsis, quorum jam antea meminimus, *Sup. §. 16.*
 & quorum præcipui erant Cleonius, Eu-
 lalius, Helladius, & Carterius. Promi-
 fit Hellenius, eorum sibi maximam cu-
 ram fore, atque in bonæ voluntatis præ-
 mium poposcit, ut sibi S. Gregorius ali-
 quod opus, quod ipse composuisset, com-
 municaret. S. Gregorius altera die Ele- *Carm. 47.*
 giam trecentorum sexaginta octo ver- *p. 106.*
 suum ei submitit, in qua singulariter vi-
 tam Monasticam laudibus extollit, eos-
 que, qui in urbe Nazianzena hoc vitæ ge-
 nus profitebantur. In his versibus ca-
 nendo refert, inter illos Monachos ali-
 quos esse, qui catenis ferreis se onera-
 rent, ut attererent corpus, alios, qui cel-
 lulis suis inclusi a nemine conspici sustine-
 rent, alios qui viginti diebus, & viginti
 noctibus nihil cibi sumerent, ut medium
 tempus, quo Christus jejunasset, exple-
 rent.

Sæculum IV. rent.

A. C. 374.

erat, qui ab omni eloquio abstinere, solo Spiritu Deum laudans; alios annos integros in Ecclesia perseverabat, extensis manibus, nunquam dormiens sicut statua inanimata. Hæc rigoris prodigia, nisi tanta esset testantis auctoritas, omnem fidem superarent. In decursu nostræ narrationis alia ejusmodi exempla occurrent. S. Gregorius indignans refert, fuisse plures, qui hos Monachos tanquam proprii corporis interemptores damnarent. Ulterius in Laudes Virginum excurrit, narratque, quosdam Nazianzi in communitate, alias apud Parentes suos vivere. (*) Gloriat, in urbe sua Nazianzo, quamvis esset valde parva, magnum piissimorum Christianorum numerum invenire esse. §. III.

(*) Hic Interpres Protestans, qui ter quaterve iterum textus, de Eucharistia, vel S. Communionem, loquentes, pessime reddidit, brevem subiunxit. Notam: Wo Gregorius als ein Prediger und Verehrer der Einsiedelei und des Mönchstandes diese Exempel nicht übertrieben hat, so muß man wenigstens bekennen, daß durch dergleichen Strengigkeiten Gott kein angenehmer Dienst geleistet werden können. . . . man findet auch, daß dergleichen übertriebene Übungen überhand genommen, je mehr sich die wahren Vorstellungen von der Religion Jesu verlohren. &c. Respondeo. Ex infolentia paucissimorum hominum vivendi rigore ad totam Ecclesiam Catholicam nihil deduci, nihil con-

§. LII.

Sæculum IV.

A. C. 374.

S. Gregorii Patris obitus.

Tandem S. Gregorius Senior viam Patrum suorum ingressus est, ferme centenarius; annos quadraginta quinque in Episcopatu expleverat; cum ultimo ægrotaret, diu autem, & inter acerbos dolores ægrotavit, nullum lenimen, quam S. Sacrificium celebrando, sentiebat; bona sua omnia testamento pauperibus reliquit, atque in sepulchro, sibi, filioque suo præparato, sepultus est. Filius dilectissimo Patri, S. Basilio, qui audito Gregorii periculo advenerat, & S. Nonna matre sua præsentibus, oratione funebri parenta-

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

113.

212.9

di posse. Nihil simile hodie in Ecclesia auditur, nihil legitur, si istorum hominum rigor, error fuit, emendatus est; redeant ad Matrem Protestantem! Ceterum falsum est veram Religionis Jesu Ideam in Ecclesia aliquando evanuisse. Multa vitia, multi abusus irreperunt, qui post Concilium Trid. jam sublati sunt. Verum Jesu Christi Religionem in rigore, in jejuniis nimis, aut quoquam alio, quam in Charitate, in Humilitate, in reliquis virtutibus moralibus, & præcipue in Fiducia erga Jesu Christi merita positam esse, nullus unquam Catholicorum docuit, nullus vir prudens credidit. At moderatus vitæ rigor ad conservandam Charitatem est necessarius. Hæc & similia Protestans noster, dum sæpe de Religione Catholica speciosissime garrit, vel stuppide ignorat, vel nequiter dissimulat.

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

*Greg. Naz.
or. 10. p.*

Sæculum IV. rentavit; Nonna autem defuncto suo ma-
A. C. 374. rito ætate minor non erat, nec diu fu-
 pervixit. In ea oratione S. Gregorius,

p. 288.

maximum fuisse populi luctum ob amis-
 sum S. Pastorem, dicit, seque nullatenus
 dubitare, quin defunctus jam utilius co-
 ram Deo pro grege suo deprecetur, quam
 cum necdum mortalitatem exutus fecis-
 set. Tum Ecclesiam describit, quam Na-
 zianzi suis sumptibus ferme totam ædifi-
 caverat. Magnitudine, & pulchritudine
 plerosque alias superabat, figura erat
 octogona æquali facie, ædificium orna-
 bant porticus, columnæ, laquearia, &
 opera sculptilia ad vivum expressa. Lux

p. 313.

solis clarissime incidebat; ipsam Eccle-
 siam circumdabant ambulacra, quæ cum
 essent æqualibus angulis, vastum spatium
 includebant; portæ, vestibula longe ab
 advenientibus conspiciebantur. Univer-
 sa lapide quadrato exstructa erant; bases,
 capitella, coronides nitido marmore splen-
 debant. S. Gregorius Parens anno 373

Pag. an. 254.
n. 8. Martyr.

obiisse creditur. Ecclesia ejus memoriam
 prima Jan. & S. Nonnæ nona Aug. colit.

Greg. Naz.
carm. de vi-
ta p. 9. ep. 42.
in fin.

S. Gregorio filio non ita cito, ac spe-
 raverat, licuit discedere; monebant ami-
 corum optimi, ut cogitaret, quanto con-
 tu hæretici huic Ecclesiæ imminerent, &
 permoverunt, ut aliquanto tempore eam
 regeret, non ut loci Episcopus, sed vici-
 nus, qui Ecclesiæ vacantis curam gereret,
 quod

quod tunc temporis frequenter fiebat; Sæculum IV.
 nam semper affirmavit se nunquam Epis- A. C. 374.
 copum Nanzianzi, sed tantum Salsimæ fuis-
 se; jamque, cum Patris exequiæ celebra- Id. ep. 222.
 rentur, Episcopis præsentibus edixit, se p. 909. ep.
 non diutius hanc Ecclesiam administratu- 225. id. ep.
 rum, quam donec ipsi alium Pastorem præ- 65. p. 824.
 fecissent, quod ut facerent, suppliciter pe-
 tiit. Jam ex tunc admodum infirma erat
 valetudine. Ad idem tempus, quo Ec- Epist. 23.
 clesiam Nazianzenam post Patris obitum
 procurabat, refertur illa oratio ab eo pro-
 nuntiata coram Juliano, veteri amico suo,
 cui tunc temporis Nazianzi collectio tri-
 butorum commissa erat. Ejusdem favo-
 ri commendat pauperes, Clericos, Philo-
 sophos, id est, Monachos. *Hi in terris,*
inquit: nulli loco affixi sunt, vix corpora
sua possident. Non est illis, quod Cesari Or. 9. p. 159.
dent; omnia Dei sunt, hymni, preces, vi- Greg. epist.
gilia, lacrymæ; bona eorum eripi non 168. Basil.
possunt. Julianus Gregorium invitave- ep. 304. Cen-
 rat, ut ad se veniret, & se in disponenda
 tributorum exactione adjuvaret; sed
 morbo prohibitus non potuit venire. S.
 Basili etiam epistolam habemus, qua ex
 quæstoribus aliquem rogat, ut Monachos
 tributorum publicorum pensione eximat,
 quod bona non haberent, utpote in pau-
 peres distributa, nec corpora sua, quæ
 operibus pœnitentiæ consumerent. Inde
 colligitur Clericos, & Monachos sub hoc

Hist. Eccles. Tom. IV. Cc Re-

Sæculum IV. Regno a tributis publicis immunes non
 A. C. 374. fuisse; & vero exstat lex a Valente lata,

Lib. 9. Cod. Th. de Episc. & ibi Goth. quæ Clericos onera civitatum ferre ju-
 bet, qui nascendi conditione iisdem fu-
 issent subjecti, & ex eorum numero, quos

Curiales dicebant, nisi per Decennium in
 statu Clericali exstitissent. Hæc lex la-

ta est anno 370. ad Modestum Prætorii
 Præfectum directa. Alia lege, quæ cir-

L. 63. de De- curio. C. Th. Monachis imperat.
 Pag. an. 375. ca idem tempus lata creditur, idem de
 n. 10.

S. Gregorius non multo tempore post
 mortem Patris, & Matris suæ Nazianzi per-

mansit; corporis infirmitatibus pressus,
 vitio sibi duci non posse credidit, si hanc

Ecclesiam relinqueret, cui nullo nomine
 devinctus esset. Imo suo discessu futu-

rum sperabat, ut Episcopi Ecclesiæ Na-
 zianzenæ Pastorem eligere cogerentur,

quod ipsos sæpe rogaverat, Ergo omni-
 bus infalutatis recessit Seleuciam in Ista-

ria, ubi S. Theclæ singularis honor habe-
 batur. Erat ibi Monasterium Virginum,

eique, ut verosimile est, cœnobium viro-
 rum junctum. Ibi S. Gregorius non

modico tempore moratus, eum desidia
 aut quod Ecclesiam Nazianzenam con-

Ep. 225. temneret, accusantibus respondebat; non
 se Disciplinæ Christianæ ita rudem esse

ut præmiis, quæ Deus jussu suo laboran-
 tibus promitteret, sterilem quietem

præferret.

HISTO